BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

ANTHOLOGIA LATINA

EDIDERVNT
F. BVECHELER – A. RIESE
E. LOMMATZSCH

II, 3

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SUPPLEMENTUM

EDIDERUNT

FRANCISCUS BUECHELER ET ALEXANDER RIESE

PARS POSTERIOR

CARMINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCUS BUECHELER

FASCICULUS III

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVI

CARMINA LATINA EPIGRAPHICA

CONLEGIT

FRANCISCUS BUECHELER

III

SUPPLEMENTUM

CURAVIT

ERNESTUS LOMMATZSCH

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

Franciscvs Bvecheler postquam carminum epigraphicorum collectionem a. 1896 absoluit, carmina deinde reperta conquirere supplere adnotare nunquam destitit, grauissimum quodque etiam statim publice tractauit in museo Rhenano corporisue inscriptionum uoluminibus. Cum uirum incomparabilem atra dies abstulisset, lugens lubens mandatum suscepi schedas magistri digerendi atque edendi: neque inutile duxi aut nimiae audaciae quae post a. 1908 accessere carmina meo Marte adiungere. Cui rei magno usui erat, quod Einar Engström 'carmina latina epigraphica post editam collectionem Buechelerianam in lucem prolata' sedulo conlegit ediditque Gotoburgi 1912 (*Eng.*), e cuius collectione sane non pauca debui excludere. Carmina christiana dedi, sicuti Buecheler praeierat, selecta; adhibui collectionem amplissimam quam nunc edit Ernestus Diehl 'inscriptiones latinae christianae ueteres' quarum quae nondum extant eas citaui ex sylloges minoris editione altera (Lat. altchr. Inschr. Bonnae 1923). Praeterea adscripsi etiam numeros sylloges Dessaui (*De.*).

Schedas Buecheleri ita retractaui, ut mutarem nihil, adderem nota non apposita locos auctorum tam ueterum quam recentiorum. Ubi, quod raro fit, in sententia discrepaui, id uncis acutis ⟨ ⟩ indicaui. Quae ego addidi carmina stellula * numero adpicta notaui: in his igitur

totum est meum siue meritum siue mendum. Numeros ex fasciculo secundo continuaui, ut unum corpus fieret carminum epigraphicorum.

Restat ut gratias agam quam maximas amicis IOANNI MEWALDT et CAROLO HOSIVS qui in plagulis corrigendis summopere me adiuuerunt. Inprimis HOSIVS optime de toto libello meritus est, quod locos poetarum similes permultos adnotauit multaque ad interpretationem utilia mecum communicauit.

Scripsi Marpurgi id. Mart. a. MCMXXVI — Ernestus Lommatzsch.

1859*

. . . .

descende]re et Tauriscos C[arnosque et Liburnos
ex montib]us coactos m[aritumas ad oras
diebus te]r quineis qua[ter ibei super]auit
castreis] signeis consi[lieis prorut]os Tudita|nus.
ita Roma]e egit triumpu[m, aedem heic] dedit Tim|auo,
sacra pat]ria ei restitu[it et magist]reis tradi|t.

CIL. I² 652, Jahreshefte des österr. arch. Instit. X 1907 p. 264 ed. Premerstein, De. 8885 Eng. 1

prope Aquileiam fragmenta magnae basis rep., alterum iam dudum notum (CIL. V 39*. 8270) rursusque repertum a. 1902, alterum prodiit a. 1906. utrumque eiusdem monumenti esse cognouit Maionica, scil. eius, quod C. Sempronius Tuditanus cos. a. 625/129 (Muenzer P. W. ser. alt. II 1441) extruxit, postquam Iapydas deuicit triumphauitque de eis kal. Oct. (fast. triumph.). eiusdem fortasse monumenti mentionem fecit Plinius (nat. 3, 129), sed cf. Birt mus. Rhen. 73, 1920 p. 306. Saturnios agnouit De. restituebatque Bue. mus. Rhen. 63, 1908 p. 321 (paulo aliter Reisch Jahreshefte XI 1908 p. 276) 4. 5. 6 exitus uersuum in latere saxi dextro scripti sunt supplementa inprimis u. 1. 2 incerta esse manifestum est (1 c[*lade* uel c[*onterit*, 3 *prostr*]*auit* al.) 4 *praecipu*]*os* Bue. ap. De. 5 Timauum fluuium pro numine cultum esse complures auctores tradunt, testis est etiam titulus CIL. I² 2195, De. 3900

1860*

Augustus parens | dedit.

Oikonomos in bibliotheca soc. arch. Athen. I 1915 n. 54 Dii in Macedonia grandis tabula, quae superest ex titulo multo ampliore. pertinere ad Augustum, a quo nomen accepit col.

Julia Aug. Diensis, monet Oik., qui etiam confert CIL. XI 720. uersum esse indicauit v. Hiller Deutsche Lit. Ztg. 1915 n. 39, 1993. potest esse exitus senarii aut clausula, qualis est carm. epigr. 3, 5

1861

Pro salute imp. Caesaris | Traiani Hadriani Aug. | domini n(ostri)

uoto Serenus | aram inst[r]u[x]it Ioui.
biduo | secutus Agriophagos nequissimos,
quorum fere pars mai|or in pugna perit,
neque uulnera | eque cṛẹị......c̣ile
praedam|que totam cum camelis apstulit.

in actis acad. Paris. 1905 p. 155 edidit transcriptum a sese S. de Ricci, accuratius Cagnat inscr. graec. Rom. I n. 1207. De. 8908 Thebis Aegypti rep. extat Alexandriae in museo. subsequitur graeca translatio ὑπὲρ ϲωτηρίαϲ αὐτοκράτοροϲ Καίϲαροϲ | Τραιανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαϲτοῦ τοῦ κυρίου | Σουλπίκιοϲ υἱὸϲ Γναίου Κουιρίνα | Σερηνὸϲ Ἀγριοφάγουϲ δει|[νοτ]ά[τουϲ . . . latinam orationem hominis ignoti in militia spectati legitimis fere numeris procedere animaduertit Hauerfield. quinque igitur uersus posui, alterum septenarium trochaicum (uel senarium dempto *biduo*) uitio quidem pedis quinti mancum sed quod uitium in nomine barbaro et in illa aetate excusari posse arbitrarer. integri sunt senarii tertius et quintus, primus si ponatur *construxit* uel *constituit.*

2 Agriophagos cum Pamphagis et Anthropophagis Plinius nat. 6, 195 in Aethiopia conlocat, periplus maris rubri 2 in desertis Aegypti circa Berenicen. patet latrocinia eorum ultum isse Serenum 3 i. periit, cf. n. 207 ⟨4 *eques* coniecit Ricci, [*n*]*eque* Clermont-Ganneau act. p. 525 ut fiat sententia: neque damnum accepit; contra lapidem, ut uidetur. litteras male scriptas lectasue interpreteris *neque uulnerato quoquam rediït milite*⟩

1862

Felicem Aufidium felicem semper deus
faciat

Notizie d. scaui 1906 p. 154, 5 descr. Sogliano, CIL. IV 6815 descr. Mau Eng. 6 Pompeis in muro regionis VI insu-

lae XVI in rubro scariphatum Aufidius Felix adhuc Pompeis nullus apparuit ordo uerborum et discriptio in duo uersus suadet senarium ut agnoscamus ⟨fortasse idem cadit in titulos pictos CIL. IV 3539 *Fructus cum Raecio Guttaq. agentes gratias* et 6668 *C. Gauium Rufum II uir.* | *o. u. f. d(ignum) r(e) p(ublica) et utilem iuuenem probum*⟩

1863*

Qui uitam spernit, facile | contemnet dei |
. . . . .

CIL. IV 5370 descr. Mau Eng. 9 Pompeis sequitur uersus detritus incertae lectionis, cuius initio uidentur primo repetita esse ultima uersus antecedentis, deinde sequi substantiuum nescio quod (*monita* sim., nam noli coniungere *contemnet dei* tamquam καταφρονεῖν θεοῦ)

1864*

in parietibus Pompeianis saepius reperiuntur carminum notissimorum initia repetita, uelut eius quod est supra n. 38: CIL. IV 5046 *communem*, n. 43: CIL. IV 4114 *cum quidam pauper*, 4515 *cum quidam . . cum quidam paup*, 4855 *cum quidam*, 4952 *cum quidam paup*, 5017 *cum quidam paupe*, notizie d. scaui 1913 p. 85 *cum quida[m*, cf. 4494 *cum quedam* bis. carminis n. 45 uersus 1. 2 leguntur CIL. IV 4008 sic: [*amat qui scrib*]*et, pedic*[*a*]*t*[*u*]*r qui leg*[*et*], *q*[*ui*] *obscult*[*a*]*t prurit* |, *pathicus est qui* [*pr*]*aeter*[*i*]*t*. sequitur *scribit* [*p*]*edicato*[*r*] | *Septu*[*m*]*ius*. u. 3: 4951 *ursi me comib* Eng. 11. 12. 16. 20

1865*

. . . . [q]uam [p]retio a[u]t precibus u[in]citur.

CIL. IV 4009 descr. Mau Pompeis ibi ubi legitur CIL. IV 4008 (supra n. 1864) quae antecedunt, non expediuit Mau, sequitur *adsta* sententia fere fuit: ille non ante morem gerit, quam eqs. uel: puella non tam corde amat quam. *precibus pretio* Ter. Eun. 1055, *pretio precibus* Phaedr. 5, 7, 18.

1866*

M. Albius M. l. Philer(os).

Figura humana inimica ardore ignescitur,
cinerescu(n)t conquieta membra animantium. Hem!

Not. 1912 p. 87 descr. Ghislanzoni, De. 9519 Romae rep. tabula marmorea ex columbario uiae Casilinae

uersus ex Colace D. Laberii, quorum primus iam notus erat ex Nonio (u. 27 Ribb.) cum corruptela *inimici.* Et hic emendandum *inimico*, cf. Leo Hermes 48, 1913 p. 147

1867

Heic] est s(e)pulta uirgo [eg]regieis moribus |
Hedia], quae in delicieis fu[e]rat Vettiae,
qua[e domino | placu]it. eam morte ob[i]ta diligunt
mon[umentumque | eius f]letu ac muneribu[s] replent,
seque ipse[i deflent, | uit]am esse ereptam sibei
s[erua]e suis deliciis uitam ap[tae deum.

Not. 1901 p. 201 descr. Gatti, CIL. VI 36525 J^2 1213 Eng. 59 uia Labicana miliario primo in uineis incisum in saxo Albano diffracto aetatis fere Caesarianae, ut non ineptum sit recordari Vettiae uxoris Verris

1 *spulta* sine *e* lapis, deinde ..*recieis* teste Gattio idem 2 in principio nomen fuisse proprium probabile est qualecumque (*Idusa, Pilema* al.) litterarum fere quinque 3 cf. n. 86 et titulum Romanum editum in Not. 1902 p. 54 CIL. I^2 1259, quo memorantur *Q. Brutius mercator boua(rius) de campo* et *Brutia Q. l. Rufa pia patrono dum uixsit placuit* 5 quintum in lapide uersum implentia uerba minusculis litteris scripta sunt ... *am* Gatti, ...*iam* CIL. 6 suppleui ex Ter. Haut. 693 *deorum uitam apti sumus.* hominibus erepta est utpote dis uisa dignior, cf. 94 al.

1868*

Hospes, monumentum hoc magnum quoius umbram t]egat,
fort]asse quaeras: per|breui discas mora |.
hoc est sepultus Laelius | Timminus loco

patiens laborum | frugi uigilans sobrius, |
qui rem parauit haud | mediocrem familiae |
domumque tenuem | ad equestrem promouit gradum. |
huic iuncta coniux | Calpurnia est Victoria |
morum et pudoris sanc|titate praedita. |
pariter quiescunt. | hoc monimentum liberi |
statuere tristes | Manibus sacrum deis.

Gsell inscr. lat. de l'Algérie I n. 2195 Madauris 1 suppleui ad n. 53

1869

Situs hic Alfius Felix Flauianus est,
qui partam nimia frugalitate substantiam
in diem mortis seruauit incolumem sibi.
hanc constitutus uitae in confinio
filis distribuit consulens concordiae,
satisque animo, dum ualet, fecit suo.
uernulis quos habuit libertate consuluit data,
filiam nurumque adfectionis aequauit gradu,
has donauit auro atque argento aequaliter
uestemque ambabus sua adsignauit manu,
gratum se atque pium ut commendaret suis.
ad circa meritos quoque fecit plurimos,
et qui numquam infirmatus in uita est sua,
annos peregit duos et octoginta,
Felix uocatus felix uixit cum suis.

CIL. VIII 27587 ex Merlin bull. du comité 1906 p. CCXXVI n. 1 Eng. 51 apud Siccenses praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *h(ic) s(itus) e(st)* tertii saec. senarii et septenarii (v. 7—13) promiscuo paene numero, at 2 propius abest ab septenario (*qui frugalitate nimia partam sibi substantiam*), 10 uel 12 ab senario

⟨12 i. at uicinorum quoque plurimos sibi deuinxit⟩

1870

A

Solui lib[enter corp]us in patrio solo
meritis [onustus et sol]utus taedio,
[pa]cem q[uietam ia]m dego et timeo nihil,
quae res mort[a]lis u[s]que quaque maceran[t]
miserosque reddunt et suspensos enecant
animosque torquent grauius poena u[erberum
so]lacium
ns permanet
stium

B

. . aeditu . .
. . ituṃa . .
. . nata dic . .

C

. . ii dignis ụịo ii i
despiciens et fortunas aṭ
dis lucustio colonicus ḍ
//////

CIL. VIII 23427, auctum correctumque carmen epigr. 99 concinnatis fragmentis octo Mactari noua inprimis Merlin et Cagnat addiderunt de lapide, de coniectura 1 3 6 ego

A 1 an *artus*? 2 *satiatus* prop. De. 4 *uique* descriptum est, em. De.

B 1 *praeditus*? quamquam hic u. componi potest cum C 1 (*dignis moribus*?), 2 tamen non coit cum C 2

1871*

Hoc est puella, quam de|licato corpori
rure morari destinas.

CIL. X 2804 descr. Mommsen Eng. 65 Puteolis rep., est Neapoli in museo. praescriptum *d. M. Ofiliae Ampliatae nix. ann. XXII m. IIII*

Senarius iambicus (restituitur deleto *quam*) exceptus dimetro. alloquitur puella mortua patrem, qui ad ualetudinem corroborandam eam ruri uiuere iusserat

1872

Haec est Sabina nom[ina]ta laude omnib(us)
et pr[ae]|dicata reb(us) cunctis q[uib(us)] | probantur feminae, |
uera sancta pruden[s] | fecunda subolis opt[i]|m(a)e,
quae quod proba [fue]|rat etiam in supprem[is] | meruit de deis,
ut mox | post marítum quem | solum norat uita ex|-cederet,
uixitq. at a[n]|num unde est sen[ec]|tae exordium.

CIL. VIII 26673 recognouerunt Carton et Poinssot, 1542 descr. Wilmanns, 15511 descr. Schmidt

Thuggae prope inscriptionem Terentii Sabiniani (carm. epigr. 107 CIL. VIII 26672). eius uxor, uel potius mater, item iambico carmine celebratur item amplificato uel interpolato quod ad sen. restringere possis hoc exemplo *haec ést Terenti nupta, laude praedita et rébus cunctis quis probantur feminae, persáncta prudens subolis fecunda optimae, quae próbitate in supremis meruit de deis, ut paúlo post maritum uita excederet, uixítque ad annum* eqs. ultimus uersus significare uidetur annum XXXXV, nam Varrone auctore *tunc primum senescere corpus incipit* (Censorinus d. nat. 14, 2). ‘uidetur aduixisse usque ad sexagesimum annum’ CIL.

1 *Sabi..a...ta* Wilm., unde antea suppletum *Sabiniano nupta.* 3 *opt//|mquae* Wilm. *ob//|meoquae* Cart. 4 initio *rat etiam* Poinss. *at etiam* Wilm. *caletiam* Cart. potest *proba[e]|rat* fuisse 6 post *at* in ectypo quasi *u* apparuit, fortasse conligatae erant *an* in unum

1873*

Pater paraui solu|m, constitui me|is,
egi annos qui|nque et septuagin|ta,
supstitui natum, qui colat semper | larem.

CIL. VIII 26933 ad ectypum Eng. 50 Thuggae rep. cippus. praescriptum *d. M. s. Q. Iulius Castus p(ius) u(ixit) a. LXXV* (sic a quadratario correctum videtur ex *LXXX*), sequitur *h. s. e.* In latere dextro legitur *d. M. s. I(ulia) Namphamina p. u. a. LXI. h. s. e.*

1 *paraui* potius quam *parauit,* deinde *me|is is* lapis

1874*

Fuit mihi natibitas Romana.
nomen si quaeris | Iulia bocata so,
que uixi munda | cum byro meo Florentio |
cui demisi tres filios superstetes. |
mox gratia(m) dei percepi | suscepta in pace neofita.

Diehl lateinische altchristl. Inschr.[2] n. 6 ex Marucchi epigrafia cristiana 63 Romae in catacumbis S. Callisti subesse senarios agnouit Heraeus Hermes 48, 1913 p. 456

1 *nomen si quaeris* (cf. 63, 6. 109, 9), – ⏑ – *uocata sum* 2 fuit ex. gr. *quae uixi munda casta cum u. m.* 3 *demisi quinque f. s.*

1875

o]mnes matrem cum filio
us dolentes hac
is uoce dederunt.
unt septima decim[a
t]antaque fides fuit ac kal
um cum sua filia innoc
transiret . cum quem s
subito deceptumque dil
b]ona quoque pia dulcissi[ma
o funere duo
utus filius c
quiete iui
p]otens cum

CIL. VI 36710 quod extat descr. Henzen et Huelsen, duos primos u. et postremum et aliquot ab sinistra dextraque litteras Fr. Victorius a. 1729 superaddidit Eng. 63 tabulae marmoreae fragmentum ex uia Labicana translatum in museum Capitolinum, tertii fere saeculi litterae bonae dicuntur, mali fuisse uersus uidentur

5 *ac ka[stitas?* 6 *un[a] cum sua filia innocentissima?* 10 *uno f.* dedit Huelsen

1876*

Hospes resis[te et] tumulum | contempla meum.
lege et | moraru8, iam scies, quae | debeas.
uixi qua potui; ca|rus sum Opiorum.
hic su|m sepultus, hic ossua re|quiescum mea.
uale et | benefacito uitae, dum fa|tum uenit.

Bull. Dalm. 1908 p. 79 ed. Bulić Eng. 23 Gardun-Vojnić rep. stele praescriptum *C. Iulius C. f. Fab. Ninicâ* (scil. Colonia Iulia Augusta Felix N. Claudiopolis in Cilicia) *mil. leg. VII, h. s. e.* sequitur *Faustus l. patrono* carmen fere idem, quod hinc recte suppletur, Beneuentanum supra n. 76, simile n. 77, cf. n. 82. 83 Lundström Erani uol. 13 p. 1

3 *Opiorum* quid sibi uelit, non liquet. eratne nomen collegii? certe non idem cum gente Oppia

1877*

Hospes cons[iste et tumulum contempla meum
luminibus c
quietum int
summo cru
mors una cu
qua propter
hominem te

CIL. XI 4565 ex Brancatellio Eng. 22 Ameriae 'fueruntne senarii?' Bormannus, sed ordinati traduntur quasi elegiaci (cf. n. 98) et principium idem est elegiacis 980

1 suppleui ex n. 1876; cogitari potest etiam aliud, cf. n. 54. 63. 73. 117. 118. 980. 1545 2 *l. c[unctas litteras nostras lege* Cholodniak 3 *q. in t[umulo conditust corpus meum?* 4 *summo cru[delis semper aeque atque infimo* Eng. 5 sqq. ex. gr. *m. u. cu[nctis imminet mortalibus]. quapropter [moneo, uiuitis uitam optimam]* (cf. n. 84). *hominem te [cogitato, qui legis. uale]* (cf. n. 71, 5. 241. 1544, 8)

1878

D. M. Aurelius Saza centenarius | pelege hic iacio
qui uixi annis quinqu|aginta et militaui annis XXX et sum |
natus in prouincia Dacia et milita|ui inter equites catafractarios
Picta|uensis succura Romani propositi. Au|relia Piactu
coniux qui posit titulo be|nemerenti caro mar(i)to suo.
resta | uiator et lege titulo nestro. dunc le|ges, et repausas.

CIL. III 14406 a descr. Couve (permutatas *g* cum *c*, *q* cum *o* sim. non adnotaui) Eng. 25 Heraclea Lyncestide Macedoniae

1 i. peregre hic iaceo, cf. CIL. V 1703 *hic iacet Restutus peleger in pace fidelis.* Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 214, Lundström Erani uol. 13 p. 3 i. q. *perlege,* minus probabile propter u. 6 2 *ouinonaginta* traditur, em. Homolle 4 i. sub cura. tum emendandum *prepositi* 6 senarium affectat, sim. n. 1902 *nestro* formatum secundum *uestro*, cf. ad n. 859

1879

Tu uiator qui tr|ansis rist(a) leg(e) tit(ulum) o|biter.
le(ge) et rep(one) 's(it) d(is) M(anibus) t(uis) | t(erra) p(ropitia?).'
Val. Tzita qui et Vi|talis uet(eranus) et Florenti|us filius mil(es) et
Vitalis | fil. mil. Tzita pate[r] | posuit Laurentzio | [f]ilio suo carissim[o

CIL. III 12396 misit Škorpil Eng. 27 in uico Glaua prouinciae Moesiae inferioris

2 *rep(one)* CIL. *rep(ausa)* Cholodniak. *rep(ete)?* *t. p.* traditur: *t. l(euis)* emendat Domaszewski

1880*

T[e]r[e]n[t]ius Fortu|natus
uir armis | ingenio et animo | maximo,

qui cum | [Lati]nis et Graecis | . . . . timis h. l. t. p.
uixitque laetos duos | zozimos Iouis.
p. u. XXXIIII | h. s. e.

CIL. VIII 26671 (= 1540) seruauit Ximenez, inde post alios Poinssot reu. tunis. 1909, 402. 1911, 268 Thuggae senariis uoluisse carm. conceptum hunc Terentium sicut cognatos supra n. 107 et 1872 apparet, sed male et scripti et excepti uidentur

1 *Tirinius* trad. 2 fuit in archetypo *egregius armis ingenio animo m.* 3 *qui cum L. et Gr.* [*doctus esset in*]*timis, h*(*oc*) *l*(*oco*) *t*(*itulum*) *p*(*osuit*) *h. l. t. p.* vel *h. t. t. p.* Xim. inter u. 3 et 4 quattuor u. dicuntur erasi 5 annos uitae artificiose circumscriptos (sicut etiam n. 107 et 1872) quomodo explices incertum, nam neque *zozimos* neque ipse numerus uidetur recte descriptus (*p. u. a. XXIIII* em. Poinss., fortasse recte, nam Iouis stella signiferum XII annis euadit Ps. Cens. frg. 3, 3).

1881

Homo laboriosus |, non dignus loco
pe|regre defunctus in | via Hadrumetina

Bull. du com. des trau. hist. 1907 m. Nou. p. XVIII descr. Nicolas prope Ammaedaram in cippo quattuor titulis oppleto quorum unus hic est *d. M. s. L. Magnius Satur* | *homo . . . Hadrumetina u*(*ixit*) *a. LV. Iul. Quinta coniu*(*x*) *cari*(*ssima*) *mar*(*ito*) *suo posuit. h. s. e.*, duo positi Iuliae Rogatinae et Iuliae Inuentae a parentibus

iambicine sunt sen.? *Hadrumetina* graecanica mensura pronuntiatum ut Ἀδρυμήτιος?

1882

Ann(um) uicensumum | exsigens | misera occídi.

CIL. VI 33473, Gatti in actis archaeol. municip. 1899 p. 75 n. 54 et Not. 1899 p. 78 n. 52 descr. Vaglieri Eng. 52 uia Salaria rep. marmor quod ab sinistra inscripta habet *Derceto Aureliae* | *uirginis* | *lectrix* cum isto sen., a dextra *Sabína C. l.* | *Helena* | *uixit annos XVI* optumae aetatis

occídi erratum pro *occidi* (in Not. etiam *uirgínis* et *uixít* eleuatam *i* habent in breui syllaba)

1883*

Domnaedius, possessor, colonus sequens |
et tu, uiator, precor | parce tumulum |
Narcissi

CIL. VI 9274 descr. de Rossi Eng. 394 in uilla Albania tabella desecta de basi marmorea 'uerba composita in similitudinem sen.' Henzen, 'quattuor homines alloquitur N., dominum aedium, possessorem, colonum successorem suum, uiatorem' De. 7456, cf. carm. epigr. 578. 1181, 5

1884

Tu quicunque titulum nostrum legeris,
rogo ne uelis tribus sepulchris molestari.

CIL. VI 36631 descr. quondam Schedel in arca trium loculorum trans Tiberim fuisse testatus Eng. 30 proxime accedit ad sen. mensuram *at tu quicumque titulum nostrum legeris, rogo ne uelis tribus nocere mortuis.* ⟨idem, ut uidetur, titulus plenius ab aliis descriptus CIL. VI 13927 De. 8196, ubi post nomina mortuorum tria sic pergitur: *tu quicumque titulum nostrum releges, rogo per superos sic ut ad infernas partes recipiaris, ne uelis* eqs. *molestari* cf. CIL. VI 13927. 14159. 29579⟩

1885*

..... apstineas manus

Not. 1900 p. 134 descr. Sordini Spoleti in lapide tiburtino pulchris litteris satis uetustis

potest fuisse exitus sen. *rogo te uiator monumento a. m.*

1886

Noli doler[e] | coiux euen[tum meum, |
properau[it aetas, hoc] | dedit Fato [mihi.

CIL. VI 36654 descr. Muensterberg Vindobonensis qui possidet Eng. 36 praecedit .. *F*]*abri* ... | *quat* ... | *uix. an* ...

1 post *dolere* quia plus litterarum intercidisse uidetur, additum fuisse nomen coniugis suspicatur Huelsen 2 *Fato* nominatiuo casu pro *-us -um?* non seruata nisi dimidia o est. u. supra n. 145.

1887

Nos ante te, uxo]r, iustius [fuerat mori,
nec uitam ducer]e etiam post ci[neres tuos.
rerum omni]um fidem reple[uit optime
et fruct]ui meis haec fuit [negotiis,
domus] diuitiae, curam [cum omnium ege]rit.

CIL. XIII 1597 descr. deditque mihi Hirschfeld Eng. 35 apud Vellauos litteris bonis

5 aut ut praeiuit H. *curam dum illius gerit*

1888

Qu[od] dicuit facere filium matrí suae, |
mor(s) íntercessit, mater | [f]ecit filio.

Not. 1897 p. 405 n. 11 descr. Correra Eng. 33 in tabula tofina agri Rudini. praescriptum *Eperastus Alexsionus s(e)ru(os) uix. ann. XII*

1 *quis* editum est uitiose, *dicuit* pro decuit 2 *mor. íntercessit* bis scripta lapis habet, cf. n. 177.

1889

Quod decuit [fili]|um matri su[ae] | fecisse,
mors | tua effecit, ut [face]|ret mater filio.

CIL. VI 35638 descr. Schmidt et Muenzer Eng. 31 Romae frg. tabulae marmoreae sequitur *Iusta mater Marcia so[ror] bene mere[nti ...* cf. n. 164—175

1890

Vt decet parenti f(ilius) fecit suo.

CIL. III 14333[7] ad ectypum Eng. 32 in insula Delmatica Brattia repertus titulus carmini (nam carmen ex *suo* pronominis collocatione efficitur) haec subiecta sunt *L. Statius L. f. Venetus hic situs est*

1891*

Aceru[am Ditis rapuit infantem domus
nond[um repletam uitae dulci lumine,
pulch[ram decoram, quasi delicium caelitum
. . . .

in frustulo marmoris, quod repperi Ostiis suppletur ex carm. item Ostiensi n. 80, ubi u. 1 traditur etiam *aceruam,* nec tamen idem est quoniam quae supersunt ex praescripto ... *d*]*ul*[*cissimae* ... | *te*[... non conueniunt de *acerbus* egerunt Loefstedt Erani uol. 13 p. 76, Armini ib. 19 p. 45

1892

L. Octaui Siluane, | bene quiescas. |
mater tua rogat | te ut se ad te recipias. | uale.

Rev. épigraphique par Allmer XXIII (1901) p. 214 n. 1439 descr. Lafaye Narbone, ubi gemellum eiusdem formulae exemplum extat (*ut me ad te*). dixi de formula senarioque uersu c. epigr. 151

2 *adte* conexa in lapide, non interpuncta

1893

Anneo Quin|to filio Anne|us Pudes
pater | miser qui f[ili]|um ter(rae) dedi.
an|norum XXXX.

CIL. III 14623[1] ad ectypum Naronae Delmatarum. praescriptum *d. M. s.* casune facti senarii? credo

1894*

Constitui aeternum | [mihi me]isque terminum.

CIL. X 1336 ex schedis Eng. 57 prope Nolam subscr. [*h.*] *m. h. n. s.* [*bene sit tibi*] *et tibi* supplementa sunt Mommseni

1895*

Ergo domus aeter|na nobis hic erit,
re|quies laboris hic erit
mo[

CIL. VIII 23210 misit Gauckler Cillii prouinciae Byzacenae antecedit *d. M. s.* [*A*]*elius Iucundus qui et Viran. u. a. LXXXV. Aelia Urbana uxor eius u. a. LXV*

2 dimeter iambicus 3 *mo*[*rtis memoria hic erit* uel *mo*[*numentum mortis hic erit* suppl. Armini conlect. epigr. (1923) p. 30, cf. supra n. 225

1896*

Antistius Coraesus retulit pater

Not. 1899 p. 262 descr. Barnabei De. 9061 in Piceno titulus *d. M. C. Antistio Seuero mil. coh. VIII pr. spe militans ann. X, decessit Faleris, cuius cineres* desinit in sen.

1897*

L. Atius | Rufinus exitum | fecit socre suae.

CIL. VIII 1213 descr. Guérin Eng. 46 Hr. bu Schater prou. proconsularis praescriptum *dis Manibus sacrum. Gargilia pia uixit annos LXXX* *Rufinus* eqs. uix sen. est.

1898

deis infereis | . . . . [mor]tem tuam

. . .

CIL. VI 34284 contulit Henzen Romae in sepulcro libertorum Lepidi triumuiri titulus infra mutilatus praecedit uersiculus hic *Cassia Truphaen*(*a*). illis sen. iambicum subesse coniecerunt in CIL. interceptae sunt fere 10 litterae

---

1899

Hoc qui scripsit Surianus | pedicauit Maeu[iu]m.

Huebner eph. epigr. IX p. 29 n. 51 Eng. 78 Emeritae Lusitanorum in columna marmorea scariphatum inaequalibus litteris saeculo ut uisum est p. Ch. primo *Surianus* uix ab Sўria nomen traxit, sed a nomine Celtico (*Surus Sparuci f. Tribocus* De. 2505)

1900*

Li[nge] Le[li, l]inge L[eli], linge Leli Fa[lc]ula[m]

Boletin de la real. acad. de la historia 1904 t. 44 p. 87 ed. Fita, qui suppleuit Eng. 79 Caldas de Malauella rep. adscriptum *Lici(nius) fec(it)*

1901*

Quod leges mi|rans uiator, | íllut est quod sc|is bene.
quodsi ca|sus nosse quaeres, | perlege titulum | meum.
decidi ex | alto puella, ui|ta(m) fato reddidi. |
hic quiesco sine | dolore legi aeter(nae) tradita.

CIL. XI 7376 descr. Bormann stele. Volsiniis sequitur *Felicissim(ae) [fili]a[e] L. Caesen[niu]s [M]agnus pat(er)*

1902

d. M.

ressita uia|tor et lege | crudele cas |
Quartinu[s

. . . .

CIL. III 15195 descr. Kubitschek Eng. 24 Aequinoctio Vindobonam tralata tabulae uel columellae pars superior extracta ex muri romani ruderibus trochaicos numeros Kub. agnouit, quamquam integri non fiunt nisi ad hunc modum *restita u. et crudelem casum perlege.* Bormann *resta* maluit eoque sen. effici putauit, cf. 1878

1903*

Qui ui|tam uixit | iucundam | et quietam | amans sui.

CIL. VIII 15969 descr. Cagnat et Schmidt Eng. 44 Siccae praescriptum *d. M. s. P. Clodius Faustinus pius, frater optimus, homo infelicissimus,* sequitur *h. s. e.*

1904

Pater infeli|cissimus feci | unico quondam | meo.

CIL. VI 36622 ex Donio fuit Romae. est septenarius trochaicus

1905

Ales homo, numen | uirtus et gloria palmae, |
Romuleis praepes uirgo | fecunda tropeis
sic stetit ut Romam uic|tus cognosceret orbis. |
omine quo residens | metum dolos iurgia uincas |
et comitatus agas prouectus, | gaudia, palmas.

Dautremer in reu. de philol. 26, 1902 p. 222 usus ectypo dato a Cagnat, nihil dubii lectionem habere affirmans praeter exitum uersus 1 'ubi nos legimus *palmae*': *pal(mae)* edidit Cagnat rev. arch. 41, 1902 p. 356 Eng. 267 rep. in aedificio propinquo magnis thermis Thamugadensibus saeculi IV uel V

1 Victoriam interpretatur D. dedicatam magistratui modo promoto confertque Claudiani de cons. Stilich. III 205, ad monumentum instauratum post Maxentium a Constantino debellatum refert Bianchi studi Italiani 18, 1910 p. 73. deam tamen hominem alitem potuisse dici uix credo, uide igitur ne primus uersus separandus primaque uerba ad celeritatem uictoris referenda sint. *ales, homo, numen* Bianchi 5 *prouectus* acc. plur. cf. Kroll Glotta 6 p. 367 Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 218

1906*

Hic ubi congestis mons [caeco Marte ruinis
mersaque ruderibus tel[lus inarata rigebat,
splendida tecta nimis p[ortis ac moenibus alta
surrexere cito pulchr[o circumdata uallo.
hoc opus egregium lucen[tum numine diuum
tempore curarum r[efractis hostibus egit
aeternam adquiri [laudem sibi Vallius optans.

Bol. de la r. ac. de la hist. 46, 1905 p. 424 ed. Fita Eng. 101 Malacae titulum ad C. Vallium Maximianum, procuratorem Mauretaniae Tingitanae M. Aurelio et L. Vero imperatoribus (De. 1354), refert editor suppleuitque

1907

Hortaris in uitam | miscens aduersa secu[n]|dis. |
Clodius Hermogena | proconsulatu salu|bri |

Theodoti cura lega|ti dedicat arcem. |
hos ego Ianuarius | uersus formare cu|raui.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 1285 descr. Ballu, Cagnat in summario epigraphico reu. arch. 41, 1902 p. 345 ex actis antiquariorum Gallorum 1901 p. 209 Eng. 98, De. 9353 Khamissa (Thubursici) idem lapis prius incisa habuit ductu contrario ab imo in superius *feli*]*ci*[*t*]*a*[*t*]*i* | *Augusti* | *d*(*ecreto*) *d*(*ecurionum*) | [*p*(*ecunia*) *p*(*ublica*)]

Clodius Hermogenianus proconsul Africae fuit a. 361 s., Clodius Hermogenianus Caesarius praefectus urbi a. 375 et antea Africae proconsul, eorum alterutrum Cagnat intellegit. *Atilius Theodotus u. c. legatus eius* memoratur De. 9357 1 *miscens aduersa secundis* hemistichium Lucani V 2 dictum de Fortuna

1908

Vastum utiq]ue campum et uiantib[u]s satis inuisum
ob sp]a[t]ia prolixa, ob uicini mortis euentus,
ob s]itis famem qua non aliud grauius [ul]lum,
c]astrum reddidisti comes ornatum sumo decori,
Siluine, limitis urb[iu]m[que] fortissimae custus,
dominorumque fide cu[lt]o[ru]m toto per orbe
et lymfis pollere ca[ele]s[ti]b[u]s ita parasti,
Caereris ut iugo Ba[cch]ique posse teneri.
hospes un[d]e laetus itineris perage cursum
et boni pot[it]u[s] actus cum laude caneto
m]agnanimi [iudi]cis p[a]ce belloque nitentis.
quem praecor super[o]s altiori [grad]u subnixum
tal[i]a dom[i]nis [u]el ardua c[ond]ere c[as]tra
et natis gaudere decoran[ti]b[u]s facta parentis.

Carm. epigr. 296, repetiui ex nouo ectypo delineatum et totum fere restitutum ab EKalinka in Öst. Jahresh. 3, 1900, Beibl. p. 34 inter Palmyram et Damascum. integrum esse lapidem et externa probant ornamenta quae tabellam ansatam imitantur et insigne tenent christianum et ipsius carminis dispositio per bis quaternos bisque ternos uersus absoluti quarti aut quinti saeculi, illius aeui quo milites Daci Illyrici Gallici uersari in istis regionibus castellanique latine loqui desierunt

1 *utique* Mommsen suppleuit, *uastum* Buys iuuenis Treuir 2 *mortis* pendere puto ex *uicini* soloeceque dici τὰc ἐγγὺc θανάτου cυντυχίαc 3 ita si recte expleuit Kalinka, *famem* tropice significat auiditatem ariditatem patientiam malorum. improbabile *peditis* 5 *urbiumque* Bormann proposuit. comes limitis Siluinus idemque prouinciae aut aliquot Syriacarum ciuitatium praeses fuisse uidetur, cf. u. 11 6 s. interpretor secundum Procopii uerba καὶ ὑδάτων περιουcίαc καὶ φυλακτηρίου cτρατιωτῶν ἐμπληcάμενοc, nam Augustorum fide pollet castellum ob milites ac munimenta, lymphis caelestibus ob cisternas 8 *posse* possit 10 *caneto* ut futuro tempore uolgus *infereuit* dicebat 11 *iudicis* Kalinka, nam *ducis* non sufficit ad spatium 12 i. ad altiorem dignitatem promoueri et talia plura uel magis ardua facere. manca haec sententiola est, itaque quia e *castra* principalis littera minus certa aut *e* potius apparuit, *et ultra* in fine Kalinka coniecit 14 *facta p.* Verg. ecl. 4, 26. Tib. 1, 7, 55. Ou. trist. 2, 168.

1909

...... curi ......
...... pud ......
sta ...... amu ......
Her[cule]o siq ...... [cuncta
sunt d[ign]a uict[ore deo uirtute peracta.
excipimur thermis: pelluntur corpore sordes,
nec satis es[t sordes, datur his et peller]e fat[a.

Sibenaler ann. Arlon. 42, 1907 p. 253, Waltzing mus. Belg. 13, 1909 p. 314 cum imagine, CIL. XIII 11342 Eng. 104 rep. Arlon inter rudera thermarum saec. III ex. attribuit Waltzing

3 *uiuamus* uel *fruamur*

1910

Splendent tecta Bassiani fundi cognomine Baiae
Inuent(a)e lucisqu[e] magis candore relucen[t.
Disposuit facere ...... dicati n ...
Oppositos me ......
Nomine Sidon[ius ...
Iure sub Aug. ...

CIL. VIII 25425 descr. Gauckler et Merlin Eng. 103, Diehl inscr. christ. 788 rep. prope Hipponem Diarrhytum in thermis christianis in opere musiuo male composito, in quo picta erat uilla maritima, cuius maior pars periit

1 hex. ex nomine proprio corruptus, restitue uelut *tecta mei* uel *huius f.* 2 tecta cognomen inuenisse Baiarum explicat Monceaux, recte ut uidetur; *inuentae* adaequatum est ad Baias per nominis attractionem. '*inuentae lucis* fort. dictum pro *nouae l.*' CIL. cf. Cic. Arat. 410 *candore refulget*, 56 *stella relucet* (Diehl) 4 *me* aut *mi* pictura. potest *medium* 5 extremae litterae minus certae

1911*

Post fla]mmas cinere[squ]e suos noua surgere foenix
scit: nu]nc ut pulcra r[e]nouetur fabrica mole,
tu, Quinti]ne, facis, cui la[u]dem nobile corpus
ac uir]es peperere suae quibus omnia polles,
regia] Romuleo genitum quem stem(m)ate p[atru]m
praefectu]m Mauris claro [p]ermisit honore.
. . .]turis thermis . . . onos iste resurget,
. . .]m gaudet sibimet [n]utrisse Satafis.

Carm. epigr. 1802, repetiui auctum fragmento lapidis, quod ed. Vel rec. des not. de la soc. arch. de Constantine 1908 p. 208, unde accedunt fines u. 6—8 Eng. 102, Diehl inscr. christ. 229 Satafi Maurorum lapis diffractus inuentus inter rudera thermarum, subscriptum (*anno*) *pr*(*ouinciae*) *CCCXX . . . II,* inter annos Chr 359 et 388

2 *scit* aut *uolt* Bue. eadem clausula *fabrica mole* in titulo odei Carthaginiensis infra n. 2041 3 . .]*ne* aut *nte* lapis 4 *suae* pro *tuae*, u. Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 215, Schmalz Berl. phil. W. 1913 p. 1055 7 *resurrecturis th.* [*h*]*onos i. r.* Lundström Erani uol. 14 p. 165 8 in. *quem natu*]*m* sim.

1912*

Intus aque dulces biboque sedilia saxo
Nimfarum, que Florenti fundata labore
s(unt) de donis dei.

CIL. VIII 23673 descr. Cagnat ex ectypo Eng. 96, De. 5732 a, Diehl inscr. christ. 785 duo uersus in unum coniuncti supra fontem adiecti in Aïn-Medudja (ciuitate Mactaritana) aeuo Byzantino

1 Vergili uersus Aen. 1, 167 qui pergit *Nympharum domus* *saxa* lapis 2 *nimfarumque* et *laboresded* lapis: recte *quae* et *sunt* Gauckler *fundata labore* etiam n. 1913 et CIL. VIII 27693 3 *de donis dei* multis adscriptum in Africa operibus pii gratique deo animi testificandi causa

1913*

. . . nti ciues et peregre[ni
. . . io fundata labore.

Bull. de la soc. des antiq. de France 1909 p. 214 descr. Monceaux Eng. 106 rep. Henchir Bou-Said

2 *nimio* (cf. Damas. epigr. 79, 1) uel *proprio* (cf. carm. epigr. 761, 1) Diehl

1914*

Viribus e nostris factu(m) e(s)t quotcumque potimur,
ut domus dicatur: Castorius feci.

Schulten arch. Anz. 1914 p. 314 Cuicul Numidiae

1915

s]uo sumptu ṇ
ci]rcumdat
sim falente ṛ
talia na]m pauci penetralia condere [temptant,
alis q]uae coeunt [la]tere ex utroque decente[r,
si tua p]raescrip[tos] metis finis orsa dedisse[nt.
sancte ta]men, mem[oran]de mihi cantabere sem[per
. . . te . . . . . u]ạḷebis atque o
ne proụ
aetern]a corona.

Acta acad. Parisiensis 1900 I p. 48 descr. Gsell Eng. 109 Rusguniis Mauretaniae in basilica ante apsidem rep. inter

maxima opera, quorum formae aeque ac litterarum saeculum IV aut V prodere uisae sunt

3 uelut *sensim fallente* 4 ss. exempli causa impleui. apparet cuius sumptu aedes erat instituta eo non perfectam esse uiuo 6 *finis* si recte lectum est, uiolat numeros. atque usitate finem aliquis dare dicitur, non fines 8 ss. omnipotentem orabis pro nobis ut detur caelestis corona?

1916

Praesidium aeternae firmat prudentia paciS.
Rem quoque Romanam fida tutat undique dextrA
Amni praepositum firmans munimine monteM,
E cuius nomen uocitauit nomine PetraM.
Denique finitimae gentes deponere bellA
In tua concurrunt cupientes foedera, SammaC,
Vt uirtus comitata fidem concordet in omnI
Munere Romuleis semper sociata triumfiS.

Gsell in actis acad. Paris. 1901 p. 170 Eng. 100, De. 9351, Diehl inscr. christ. 779 loco M'laku sito in Mauretania haud procul Tubusuctu ripa dextra amnis *praedium Sammacis* acrostichon telestichonque distinctum in lapide explicauit Gsell uerbis Ammiani Marc. 29, 5, 13 narrantis in historia annorum 371 ss. *clades eminuere fundi Petrensis excisi radicitus, quem Salmaces dominus Firmi frater in modum urbis exstruxit.* proxumis igitur superioribus annis carmen factum est

2 debebat *tutat fida undique* 3 *amni* 'la Soummane' Gsell 4 cf. Lucr. 6, 298 5 *deponere b.* Ou. met. 8, 47 6 cf. Val. Fl. 6, 408 *in sua uersi funera concurrunt*

1917

Hic famulos domini nou[a condunt templa fideles,
qui dulces animas solue[runt sanguine fuso,
ut pariter possent uiu[orum regna tenere.
Felicem tegit hic tum[ulus qui laeuus in altis
occurrit gradib(us) sanc[torum, dexter Adauctum.
saluo Siricio papa r[enouata dicauit
martyrib(us) Felix p[ro donis uota rependens.

Nuouo bull. di archeol. cristiana 10, 1904 p. 68. 171. 259, Not. 1905 p. 103 descr. Marucchi Eng. 113, Diehl lat. altchristl. Inschr. 338 in catacumbis Romanis in coemeterio Commodillae, ubi s. Felix et s. Adauctus conditi erant. Damasianum eorum monumentum (cf. n. 671) Siricio sedente (a. 385—398) aliquis Felix uidetur reparasse. ex multis uariisque supplementis quae Marucchi et Bonauenia proposuerunt, elegi quae mihi potissima uidebantur, in 4 et 5 paulum immutaui

1 *noueris* (i. *noris*) *requiescere sanctos* Bonau. 2 *d. a.* Verg. georg. 3, 495. Aen. 3, 140 5 *cradib.* lapis teste Bonau. 7 *eelix* lapis

1918*

Panditur introitus sacrata limina Cr[isto.
currite certatim gentes populiq(ue) ue[nite
et donante deo sitientes sumite ui[tam.

misit Aem. Hübner Martos (colonia Gemella Tucci) in Hispania Baetica, litteris saec. IV uel V

1919

[Dicata sancto] tuo nomine, Christe, [fide]l(es)
istoria gaudent. [noscas] qui pingere fecit:
ego Leo [dedi pictu]ras Christi sacerdos et monachus.

Huelsen Roem. Mitt. 20, 1905 p. 86 Romae in aula S. Mariae antiquae additus titulus imaginibus sanctorum et paparum factis saeculo VII uel VIII, pictus nigris litteris in pariete albo

3 *et monachus* uersus numeros excedit

1920

Coeliae Claudianae u(irgini) V(estali) max(imae) sanctissim(ae) ac super omnes retro maximas religiosissimae, cuius sanctimonia a cunctis praedicatur.

nunc certe pertinet esse
te talem, cuius laudem numen quoque Vestae
honorauit.

Fl. Eucharistus Septim(ius) Epictetus i(uuenis) p(erfectissimus) Aur. Optatus sacerdotes sacrae u[rb]is de X prim(is).

CIL. VI 2137, De. 4936 Romae ad aedem Vestae, periit. lateri inscriptum erat tempus dedicationis kal. Mart. anni 286 ad eandem uirginem spectantes titulos compositos habes in eodem uolumine sub n. 32420

4 i. nunc certe debuisti statuae honore ornari. uix casu euenit carminis continui species, quamquam etiam in 2136 scriptum est *cuius egregiam sanctitatem . . . numen quoque Vestae comprobauit*

1921

. . . que piamine saeptus
. . . Cereris quoque mystes
. . sacror]um quinque decenuir
. . . ula conptus
. . . libus undis
. . . i]n uer natus odore
. . . sperabilis aetrhae.

CIL. VI 32433 descr. Lanciani et Ioh. Schmidt Eng. 99 in Quirinali rep. marmorea magna tabula, litterae parum bonae saeculi V, Vettio Agorio Praetextato (supra 111) adsignari uoluit Lanciani

1 ita Lanc. litterae extant dimidiatae, quartam ab utraque parte posse *l* esse uel *e* adnotat Henzen eph. ep. IV n. 866, *sanctus* non admittitur nec *saluus* 3 i. quindecimuir 4 *cingula, redimicula* tale puto 5 ss. *tinctus lustralibus undis, unde animus quasi perpetuum in uer natus odore iam nunc diuino fruitur*? quamquam in marmore indistinctum legitur *uernatus* *fluuialibus undis* Verg. Aen. 9, 70. carm. epigr. 704, 20. cf. Ou. met. 1, 82

1922

Clausula iustitiae est | martyrium uotis optare, |
habes et aliam similem, ae|lemosinam uiribus facere.

CIL. VIII 20906 descr. Saint-Gérand Eng. 124 Tipasae in pauimento basilicae Alexandrianae (cf. carm. epigr. 1808 et 1837) in opere tessellato

2 *pro uiribus* requirit Duchesne

1923

Balnea uina Venus faciunt pro|perantia fata.

CIL. III 12274 c, Sal. Reinach in Bull. de corr. hellén. 6, 1882 p. 353 Eng. 148 in cochleari inscriptum prope Gallipolim reperto adseruato in museo Smyrnaeo. eidem cochleari graece inscriptum est θύων τῆρι τὴν κήλην cου (Martial. III 24). similiter inscriptos cochlearibus Vergili uersus monostichos cf. carm. epigr. 1786 (CIL. III 12274 a, b)

prius hemistichium redit et summa sententia in carm. ep. 1499, cf. 1318, 3 Ilberg N. Jahrb. 19, 1907 p. 396, 8

1924

Mercurius hic lucrum | promittit, Apollo salutem, |
Septumanus hospitium | cum prandio. qui uenerit, |
melius utetur post. | hospes ubi maneas prospice.

CIL. XIII 2031, periit Eng. 374, De. 6037 Lugduni, ut ipse titulus demonstrat, ad introitum hospitii hexametrum effici dempto *hic,* quod Septumanus inseruerit, animaduertit Bormannus

3 *saepius* expectat Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 222, aliter Schmalz, Berl. phil. Woch. 1913 p. 1054 *bene eum facturum quod utetur posthac*

1925

Non tituli pretium sed amantis accipe curam.

CIL. XIII 10024, 103 ex Martini et Lacroixi historia Suessionum, quorum in urbe anulus aenus cum hac inscriptione inuentus esse fertur 'stat fide auctorum, uersus purus et latinus est' CIL. non purus ut qui pede quarto trochaeum habeat pro spondeo, *respice* igitur conicit Heraeus Herm. 48, 1913 p. 456, 1

1926

Escipe que ferimus felicia munera Libe(ri).

CIL. XIII 10018, 82 descr. Bohn Eng. 129, De 8609 in Coloniae Agripp. pictus circum ampullam rubidam titulus inter collum et uentrem litteris bonis, adhaeret *utere felix* sic in plurimis poculis *escipe* legitur, semel *excipe* (ibid. 10018, 79 ss.), semel *escipe et trade sodali, ut(e)re* debuit *munera*

Bacchi ut saepe dicitur (Thes. l. l. II 1665, 29), *munera Liberi* in odis Horatius: *libeI* ita fere designatum est in CIL. sed hastam ultimam interpunctionis instar esse Bohnius dicit. *Libe(r)* Mommsenus proposuerat ut subaudiremus *praebet*

1927

Attica me fur[iat.

CIL. XI 6718, 16 strigili aereae hoc inscriptum legitur litteris punctim incisis iuxta manubrium, uidit Gamurrinius Montepulciano apud Angelottium et descripsit, ultimas *fur* ... aut *furii* reddidit. si uerum est quod proposuere *furiat*, carminis uersiculus ad ornandam strigilem est adhibitus amatorii ut uidetur haudquaquam antiqui

1928*

Hoc uide, uide | et uide, ut pos|sis plura uidere.

CIL. VIII 11683 descr. Schmidt Eng. 137 rep. Thalae tabula, in qua supra titulum planta quaedam sculpta est, infra phallus pertinet ad oculi maligni fascinum arcendum, cf. Huelsen Roem. Mitt. 19, 1904 p. 152, qui mus. Rhen. 62, 1907 p. 328 hinc interpretatur titulum item Africanum CIL. VIII 24670 *bide, uiue e[t] bide possas plurima bid[ere]*, u. etiam Bue. Glotta 1 p. 8 similis est inscriptio operis tessellati inuenta in El Hauria prov. Byzac. CIL. VIII 23131 *inuide, liuide, titula tanta, quem* (pro *quae*) *adseuerabas fieri non posse, perfecte* (debuit *perfecta*) *sunt d(ominis) n(ostris) s(aluis): minima ne contemnas*, ubi *titula* pro titulos sicut carm. epigr. 134, 7

1929*

Inbide, | quid laceras | illos, quos cresce|re sentis?
tu tibi tortor, | tu tecum tua bulnera | portas.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 1971 descr. Joly, recogn. Gsell Thubursici in tabula, antecedit signum Christi et imago crucis

---

1930*

Haec fuerat quaesita dies innoxia famae.

CIL. IV 6761 descr. Mau Eng. 127 Pompeis in aedibus reg. V ins. IV incisus parieti uersus subscripsit alius *i. dicio sem[per* initium aut hex. aut pent., rursus alius *pauca*

1931

et gelidae cursu | minu(erunt) quaerere silua(m).

CIL. IV 6768 descr. Mau Eng. 128 Pompeis in aedibus reg. V ins. IV incisum litteris capillaribus altera pars incertae lectionis, dedi quae expediuit Sogliano. *minu na non quatiunt solum* Mau

1932*

En f]ormonsa domus domino ueneranda futura.

CIL. IV 6885 descr. Mau Eng. 135 graphio scriptum in uilla rustica prope Pompeios sequitur alterius uersus initium quem non expediuit Mau

1933*

Nolite o iuuenes [castam] | ir(r)umare puella[m
nolite o i[

misit Seymour de Ricci delineatam in latere, rep. Grand, nunc Épinal in museo, graphio scriptum litteris saec. I uel II sic legit R. adiutus a Zangemeister et Domaszewski, uidetur etiam legi posse *[ullam] uiolare p.,* initium uersus deinde repetitum est

1934*

Stercorari, | ad murum | progredere.
si | pre(n)sus [f]ueris, poena(m) | patiare neces(s)e est.
caue.

CIL. IV 7038 descr. Mau Eng. 136 Pompeis in aedibus reg. V ins. quae primae a septentrione adiacet, pictum in hexametro *pueris* pro *fueris* clare extare testatur Mau *si prensus* 〈fu〉*eris* Priap. 35, 2; ibid. 4 *ut poenam patiaris*

1935*

Unctor, Xanthe, ti[bi] carus lusuque íocoso
adsuetus.

CIL. IV 6890 descr. Mau Eng. 151 Boscotrecase graphio scriptum

1936*

Fullones ululam[qu]e cano, non arma uirumq(ue).

Not. 1913 p. 147 descr. della Corte Pompeis in aedibus reg. IX ins. XIII, in eodem pariete legitur programma fullonum nescio quod saepiusque repetitum nomen *fullones.* illo uersu lepide irridetur fullonum cum ulula siue amicitia siue simultas (Varro Men. 539. CIL. IV 4112. 4118) *ululam e[go]* della C., correxit Armini conl. epigr. p. 32

1937

Publi rogo frustra noli tibi . . . . . . r . . l . .
s . . . a . . . . e caru
illa . . . . te carum semp(er)

CIL. IV 5437 descr. Mau Boscoreale in apodyterio uillae rusticae graphio incisum

1 ad hexametrum opus erat *Marce* similiue introitu 2 sic Barnabei, non expediuit Mau. hic uersiculus uidetur post interiectus

1938*

Hysocryse puer, Natalis uerpa te salutat.

CIL. IV 1655 descr. Zangemeister Eng. 141 Pompeis graphio incisum i. *Isochryse,* deinde *Natalis* genetiuum recte agnouit Heraeus. ad hex. restituendum tolle *te*

1939*

Armea me docuit . . .

Eph. epigr. VII p. 345 n. 1146; IX p. 653 n. 1290 contulit Hauerfield Binchester in tegula scariphatum *carmina m. d.* coniecit Gomperz latet potius tale quale est n. 354 *candida me d.*

1940*

Pompeis hexametrorum uestigia reperta sunt haec (cf. Eng. 130—134. 140): CIL. IV 5179 *Valeri, sit tibi felic,* 3681 *uincit amu* i. amor (cf. Verg. ecl. 10, 69. Aen. 6, 823), 5125 *Phoebe beni* i. ueni (cf. Heraeus Herm. 48, 1913 p. 453), 4826 *quid mihi cum* (cf. Ou. am. 2, 19, 57. epist. 6, 47 al.), 7060 *scribere qu,* 6820 *sic cotini* (uel *Cot.*) *uoto pos(t) fata nouissima* (cf. Ou. met. 13, 478)

Not. 1913 p. 358 descr. della Corte *barba* | *barbaru* initium carm. epigr. 351 CIL. IV 3878 Eng. 105 titulus nigro colore pictus incipit *ba*[*l*]*neus Agrippae u*[*al*]*eat* (sic suppl. Heraeus Herm. 48, 1913 p. 453), reliqua incerta

1941*

Roma capus mundi.

CIL. VI 29849 a contulit Huelsen Romae in tabula marmorea imitante titulum arcus Titi inscripta sexto fere saec. notum est illud *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi,* cf. etiam Thes. l. l. III 426, 42

1942

Co]nubio iuncti, diuersis gentibu[s orti] |,
Gallae cum Parthis, monime[n|t]um sic statuerunt
Basilidae [functis | n]unc et sibi non dubitantes |:
n]omina noscentur, fatum c[um quisque subibit.

CIL. XIII 5954 descr. Denis et Liénard Eng. 236 Lingonum in finibus prope locum Grand commune uidetur Basilidarum sepulcrum fuisse in qua splendidissimi nominis familia Gallae mulieres uiris Parthis nupserant fortasse secundo p. Chr. saeculo lapide ab utroque latere reciso mutilatum carmen explerunt Hirschfeld et Bormann

1 cf. Verg. Aen. 1, 73 *conubio iungam.* 4, 126. Ou. met. 6, 428 3 prima producta in nomine proprio. *Basilidae quondam* coniecit Hirschf. 4 *nosceniur satum* transcriptum est: *fatum cum uenerit ipsis* CIL.

1943

Orta, ut fama probat, memoranda diuite Roma
duodecíes binos superauí lumínis annos,
bis senam ex numero partem quam diximus anní
et dece coníunctis bis ter cum fine díebus.
casta pudicitiae seruauí tempora uitae.
condita nunc Libyca felix tellure quiesco.
tu quoque, praeteríens tumulum quí perlegis istum,

parce meos cíneres pedibus calcare proteruis:
sic tibi ab aetherías lux multa superfluat auras.

CIL. VIII 24787 contulit Merlin Eng. 185 Carthagine rep. tabella marmorea saec. III litteris gracillimis inscripta praescriptum *dis Manib. sacr.* | *Norbania Saturnina pia.* carmini praefixa Ɑ littera (D inversa)

2 ss. uoluit opinor dicere annos XXIV m. I d. XVI; m. IV Regling CIL. 5 *casta pudicitiam seruat domus* Verg. georg. 2, 524 6 expectes *infelix* 7 melius erat *titulum* 8 *pedibus calcamus* Ou. am. 3, 11, 5, cf. 2014, 1 9 *ad auras aetherias* in Vergilio legimus (Georg. 2, 292. Aen. 4, 446; 6, 762 cf. 5, 520), tamen non *ad* sed *ab* tabella ostendit, id est quasi caelitus

1944*

E Ponto mihi gen[s], | artem docuit me | Musa
Terpsichor[e], | uixi uicenni | temporis aeuo. |
dum mihi uita fuit, | dum fata deusqu[e] | sinebant. |
n]unc iaceo . . .

CIL. XI 7476 ad ectypum titulus saltatricis rep. in agro Viterbensi 3 exitus Vergilianus Aen. 4, 651 *dum* i. tamdiu, cf. Quint. inst. 9, 3, 16 qui citat Catull. 62, 45

1945

Hic sita Reginae famula est cognomine Tyche:
Sabina est illi genetrix, altrix Tiburtia tellus,
uitae fine dato tegitur tellure Falisca.

Not. 1904 p. 151 ad ectypum chartaceum Eng. 157 rep. prope Falerios cum leonis signo saxum praescriptum *dís Manibus Tyches* | *sacrum* diligenter interpuncta uerba, uersus paucis inquinati uitiis (*Tyche* et *Sabina* heptameterque), rerum narratio paene I quam II saeculo magis conueniunt

1 *Reginae* Iunonis opinor Faliscae 2 *Tiburtia* singulare pro *Tiburs* uel *Tiburtina* Stat. silu. 3, 5, 108 *nonne haec amborum genetrix altrixque uideri digna?* cf. Laeu. frg. 22, 1. Sil. 1, 218

1946

. . . or fidens remeare sepultos,
laetior i[pse olim superam] qu(od) surgat ad auram,

inmaculata [piae conseruans] foedera mentis,
concilio splendens pr[udens et in urbe] senator
inlustres merito cepit ue[nerandus honor]es,
sublimisq(ue) comes notus [rectoribus aul]ae
uiuidus annonam rexit ca[rissimus urbi.

CIL. VI 32052 descr. et suppleuit Rossi Eng. 248, Diehl inscr. christ. 206 uia Appia in S. Sebastiani tabula marmorea a uertice et a lateribus fracta. saeculi quinti aut sexti

1 *hic situs est Nestor* suppl. Suaresius. uide ne plures desint uersiculi, ad hunc uelut *sanctorum cultor* 2 *in superam tandem qu(i)* Rossius 6 *uirtutibus aulae* et 7 *canonemque probauit* proposuit Rossius

1947*

Hoc iacet in tum[ulo
gloria prespicuu[s
aspera conposuit
turpia contemnen[s
hic inter proceres no[
exenplumque fuit n[obis

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 3993 descr. Albertini Hippone, praepositum signum crucis

5 *no[ta pietate decorus?*

1948

Híc ego nunc iaceo Grattius | infelix sub tegmine terrae, |
barba deposita peragens | tertium et uícensimum annum, |
infelix indigne subiectus | acerbe morte nefanda |
occísus calce et manibus extra | fatum protrusus in has tenebras. |
hoc opto: moriare malís ex|emplís cruciatus et ipse, |
nec te nunc liceat quo me | príuastí lumen uidere, |

et tu des poenas quas meruist[i] | defensusiníque. |
uos nunc conse . . .

Amer. journ. of phil. 32, 1911 p. 185 n. 81 descr. Wilson, Not. 1900 p. 578 n. 35 descr. Vaglieri, bull. com. 1901 p. 103 descr. Gatti Eng. 152 marmor erutum ad uiam Salariam, nunc Baltimore (Johns Hopkins), litterae bonae praescriptum *P. Grattius Sp. f.* | *Col. Celer* interpolando heptametri potius facti quam hexametri

1 tolle nomen proprium initium uersus Ouidianum trist. 3, 3, 73 2 uixit annos XXIII, cf. Armini sepulcralia latina, Gotoburgi 1916 p. 16 3 saltem demendum *infelix* 4 *manibus protrusus in orcum* sic stabit uersus 6 poetica clausula *lumen uitale uidere* 7 clausula Vergiliana Aen. 2, 257 8 *conse* Gatti quod ad consecrandi aut conseruandi, *conso* Vaglieri et Wilson quod ad consolandi uerbum ducit

1949

Híc ego Chía cin[i]s, fátís mea form[a soluta est.
inuida cun]cta aequat m[ors . . . .
. . . .

Fr. Bulić in actis archaeol. Dalmaticis 29, 1906 p. 228 Eng. 332 Salonis in columella sepulcrali litteris bonis praescriptum *Selia M. l. Chía* spatii ratione habita satis arti ad principium alterius uersus, non pentametrum hunc et ἐν ἐπειcθέcει sed aeque hexametrum fuisse opinor

1950

Ego Antoninus [umb]ra tenus 'haue' tibi dic[o], meator.
quam|uis festinanti gradu [c]arpas [it]er, resiste paulum et lege casu(m). |
sic ego u am m am [re]tinere cupisco. |
spiritu mc m [r]eliquit |
malignusque casus ma corpori toto |
post cuius exitium que funeris terr(a)e datas |
decubui pro . . . . s po . . . . noctesque diesque. |
iam trahor in tenebras, ducorq. amplectere fratr(em), |

hoc fatali casu datum est, pergam nunc, Tartaradiuo, |
reliquiasque meas cu . . . . . . c orbati parentes. |
iam casum cognosti meum: feliciter pe[r]ge, uiator. |
decepti senes testemur funera natuum |
[et pi]etas titulo deplorat [fata parentum].

CIL. III 14850 Eng. 235 prope Salonas inuentum descripsit delineauit depinxit Kubitschek, misit mihi Hirschfeld, horum lectioni paene nihil ego addere potui • praecedit *Q. Sept. Antonio def(uncto) ann. XVIII m. V d. II et | Q. Sept. Antonino def. ann. XXII m. XI dier. XXIII* saeculi III exeuntis

1 *umbra* ex imagine lapidis effeci, si recte, significatur: ego Antoninus quatenus umbra aliquam gerere potest personam. *tenu(i)s* Cholodniak 3 dispicere mihi uidebar *f]am[am* 4 s. fortasse ad Antonium fratrem spectant 5 *c. t.* Verg. Aen. 12, 920 carm. epigr. 1111, 15 6 *terre* dubium (*t* et *e* conexis), *predatas* posuit Kub. *fppfdatas* exceperat idem. deest uelut *reliquias* 7 *prope tres annos* conieceram, aliud lapis habuit clausula Enniana et Vergiliana, quae est etiam supra 654, 6. 1109, 25 9 i. *Tartara adibo,* ut puto. *Tartara a diuo* maluit Kubitschek 10 plus syllabarum fuit quam *curent,* fortasse adhaesit *hic* *orbati* legit Hirschf. 12 *fratruum* haud inusitata est scriptura, sed *natuum* lapis habet et sententia requirit

1951

Qui leg]es, agnoscas tumuli nomenque decus[que
gentis auos no]strae quod tanti nominis ornat.
. . . . dum solus praefectus in oras |
. . . . es solis p . . . . aptus
. . . . cl
. . . . t . . . .
p]rofi[te
x sic tot[o notus in] orbe
m]item dec[oran]te iuu[enta
te]neros qu[ibus] ulcus
m Priscilla.

CIL. VI 31942 descr. Rossi Eng. 344, Diehl inscr. christ. 69 in coemeterio Priscillae prope cubiculum Aciliorum reperta fragmenta marmorea sculpta litteris non bonis saec. IV uel V, unde Rossius de Anicio Acilio Glabrione Fausto praef. praet. et cos. ord. a. 438 cogitauit sub *Priscilla* in 12 *K* grandior apparuit (*dep. Kal.?*)

1 *quisquis*] *es* Diehl *nomenque decusque* Verg. Aen. 2, 89 3 *Hesperias dudum* CIL. malo tale *Ausonidum, Marmaridum* 8 *iudex* CIL. *toto n. i. o.* Mart. 1, 1, 2 10 *generos* CIL.

1952*

Sic quis forte u[elit curiose scire uiator,
q]uis hominum hic iaceat, quo[t felix uixerit annos,
L]iccei Libani gaudet cogno[scere nomen.
q]uem praeceps Fortuna fe[
.]eri curriculo spatia con[
hu]ius aeui finis ter denus t[erminus anni,
u]ltimus excepit uitae flor[entia dona.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2244 qui suppleuit Madauris, litteris serioris aetatis subscr. *h. s.* [*e.*

1 i. *si* 4 *Fortuna praeceps* Sen. Med. 219

1953*

. . a nec . . . uaris nec pauperrimiii
ex]amine certo hinc orior placeo qui nosti a . .
. . s . qui no . s qui sim artem pictoris amabi . . .
. . ius haec uiuus feci genioque dica[ui.

CIL. VIII 26674 descr. Poinssot Thuggae rep. fragmentum undique fractum, litteris bonis

2 fin. aut *m* cognoscitur hexameter u. 4 *Iun*]*ius* eqs., praeterea u. 2 exitus hexametri et principium, u. 3 ex. gr. *si quaeris qui sim a. p. amaui*

1954

Qui
stirpe Nouempo[pul
Gallica terra dom[us

mi]litiam placidis
co]eperat interea
n

CIL. VI 32981 descr. Marini et Rossi Eng. 160, Diehl inscr. christ. 418 A Romae in S. Pauli coenobio nunc paulo imminutior quam cum Marinius uidit principia uidentur hexametrorum: *qui* nunc hic iacet, Nouempopulanus erat et cetera

2 *Nouempopulana* CIL. Simile fragmentum, rep. Romae in via Salaria noua in coemeterio Priscillae ed. Marucchi Not. 1902, p. 362 (= Eng. 161, Diehl 418 B): .... *edidi li* .... | .... *stirpe*] *Nouempopu*[*l* .... | .... *omni laude* .... | .... *centia dic* .... | .... *qui uixit* [*ann.*] *XLV mens*[...

1955

. . . causarum no]bilis actor
la iuris
nius heros
s orbe peractis
crat.

CIL. VI 33866 ex schedis Suaresii Eng. 168, Diehl inscr. christ. 744 Romae loco incerto ad dextram inclusum orbe est christianum signum

1 ita suppletus in CIL. fertur, cf. Hor. ars 369 potest *hic situs est qui causarum mirabilis actor, dum uixit, fuit ipse sacri quasi regula iuris* 4 tot annis *temporis orbe p.* 5 *sacrat?*

1956

Salue sancte iterum Iuli, saluete recepti
cari iterum cineres animaeque umbraeque tuae nunc,
quas semper recolam solemnibus, optime, uotis,
dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

CIL. XIII 1568 ex schedis Bouhierii Eng. 173 apud Gabalos Aquitaniae

1 Iulium Receptum nomen fuisse defuncto Hirschfeldius censet, dubitabis si Vergiliana contuleris Aen. 5, 80 s. *salue*

sancte parens iterum, saluete recepti nequiquam cineres animaeq. umbraeq. paternae. certe aequo iure Sanctum aut Carum Iulio cognomen indes 3 *sollemnia uota* Verg. ecl. 5, 74 4 ex Aen. 4, 336 (ubi *regit*) sumptum esse adnotauit Thédenat

1957*

Fir|mino uo|tum refe|ret Ius|tini Pat|erna.

CIL. XIII 7958/9 descr. Zangemeister Eng. 227 Rheder rep., est Bonnae in museo praescriptum *d(is) i(nferis) M(anibus)*, sequitur *u(ixit)*, numerus annorum deest

1958

Hic iacet e]xanimis steṃ
ṭhiasis decora
ta]ụrino dorso ṃ
sacer]dotum nume[ro
ịatremapẹ

CIL. VI 32476 descr. Bormann Eng. 159 tabulae marmoreae in museo Capitolino fragmentum. supra *exanimis* apparuit *d.* [*M.* auersa pars tabulae haec exhibet . . *ues sepulchr* . . | *quod est don* . . | *a Valer. Prae* . . | . . *ia rep* . . quae non puto numeris uincta. ista ad Bacchi Cybelesue sacerdotem pertinent

1 *stemma alto ab sanguine ducens*? 2 *et Bacchi th. decoratus* seq. nomen 3 *carmina t. d. modulata tonare* 4 *inque s. n. uates celebrare* 5 *Idaeam matrem apparereque suetus ad aras. bim*]*atrem* Heraeus Herm. 48, 1913 p. 456

1959*

Inclyte sacroru|m cultor, secure quies|cis.
hic iuuenis, quem tell|us habet, quem Tartarus | ipse,
quere piam sedem, | hic enim sepulti decu|mbunt.

Cumont comptes rend. de l'ac. 1912 p. 151 cum imagine, qui explicauit, Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2221 Eng. 221 Madauris rep. tabula lapidis calcarii titulus intra coronam positus, antecedit *d. M. s.*, sequitur *Fl. Natalis Veturianus u. a. L. h. s. e.* mysteriis Bacchi initiatus esse uidetur

2 *hic iuuenis* voc., expectes *digne senex* (Hauet) *tellus habet* Verg. Aen. 9, 491 *Tartarus ipse* 6, 577 3 i. illic enim beati cenant

1960*

armatum feci stationi meses quinque.

A. J. Reinach reu. des ét. anc. 1911 p. 70, De. 9142 in Aegypto prope El Muêh inter Coptum et Koseïr rupi incidit *Dida Damanai filius, nationi Volqu., eques alae Vocontiorum, turma Amaturi*, deinde sequitur iste uersus, cui subscriptum *pro salutem imperatore feliciter*

1961*

Eucerus hic situs est | Auletio cantor ubique.

Egbert suppl. papers of the Am. school in Rome 2, 1908 p. 270, De. 9346 Romae rep. extra portam Salariam uersui antecedit *delicius Matris Matutae, VI reg.*, sequitur . . *[ti]tulum fecit Iulius . . . ilius papati suo. Auletio* pro agnomine Eucaeri habet De.: an compositum *auletiocantor* i. qui tibiis canit? templum Matris Matutae situm erat in regione XI

1962

Hic situs est Mar|cus Flauonius ille | magister,
annos | qui centum ui|xit bene sem|per, Auitus.

CIL. VIII 26670 descr. Merlin et Poinssot Eng. 228 Thuggae, praescriptum *d. M. s.*, subscriptum *h. s. e.* dextrae partis ultimas litteras sursum uersum legens inuenies *miser*, nam postremus in lapide uersiculus non plenus est neque in ultimum perductus

1963*

. . . . Marius factis et nomine quonda(m)
magn]o patriae dilectus amore
. . . docens expleuit ciuibus annos
ta]men uitae septemque peregit.
. . olim patriae uirtutis amator
. .]nans produxit fascibus anno,
. .]ens qua gaudet Maxima proles.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2209 Madauris praescriptum *d. M.*] *s.*, subscriptum *h.*] *s. e.*

2 *magno miserae d. a.* Verg. Aen. 1, 344 3 *quinquaginta d.* 4 *octoginta tamen?* 5 *u. a.* Lucan. 9, 562. Arator 2, 812 6 *f. a.* cf. Lucan. 2, 130. Mart. 7, 63, 9. Anth. 724, 7. Sedul. carm. pasch. 2, 283. carm. epigr. 252, 3

1964*

Priscorum interpres vatum doctorq[ue vocatus]
Deuterius [pl]acida securus pace quiescit.

Rossi Roma sott. III p. 381 tab. 28, 32a, Diehl inscr. christ. 729 Deuterius scholasticus Romae ad portam Capenam memoratur in subscriptionibus codd. Mart. Cap., alius grammaticus Mediolanensis apud Ennodium

2 Verg. Aen. 1, 249 *placida compostus pace quiescit*

1965

Euphrosyne | pia | docta nouem músis | philosopha.

CIL. VI 33898 descr. Gatti, De. 7783 inter uias Salariam et Pincianam rep. tabula marmorea litteris magnis et pulcris inscriptum hunc habet miuron hexametrum (Terent. Maur. 1920 ss.), cui adhaeret *u(ixit) a. XX* u. ad n. 1301, 6

1966

A

Accia uel Maria est nomen mihi Tulliana,
Victorinus auus, quo tantum rhetore Roma
enituit quantum noster sub origine sanguis.
bis nonam carptura rosam mihi decidit aetas,
heu dolor, et uernum maculauit funus Aprilem.
nullus inoffenso uitae mihi tramite labsus,
mens morum matura bono nil debuit annis.
coniugii scit cara fides heresque maritus,
rite quod aeterno migrarim dedita Christo
emeritamque ferat melior mihi uita coronam.

B

haec pater insonti filiae suprema peregit.

CIL. VI 31934. 37113 ex schedis, pars edita carm. epigr. 599 ex CIL. VI 30130, nam idem esse carmen uidit Carolus Weerth Romae in aedibus Barberinis Eng. 264, Diehl inscr. christ. 104

A habuit subscripta *haec omnia facta pie curante marito* | *Artorio Iuliano Megethio u(iro) c(larissimo)* quorum prior uersus imitatur hexametros, praeterea *d(epositio) IIII id. Apr.*
B qui titulus aut sub maiore conlocatus erat aut a latere, sic continuatur *d. Tullianae iun(ioris) kal. Sept.* proxime annum 400

2 Marius Victorinus rhetor clarissimus in Hieronymi chronicis memoratus sub anno 356, qui senex quomodo professus sit fidem christianam Augustinus narrat conf. 8, 2, cf. mus. Rhen. 63, 1908 p. 195 Auson. par. 3, 16 *C. polis rhetore te uiguit* confert Armini Eranos 22 p. 44 4 *rosa* pro uere annoue nominatur ut Iuuen. 14, 254 *incidit aetas* c. ep. 376, 2 6 *in offenso* diuisim marmor, idque retinet Lundström Eranos 14 p. 167 Ou. trist. 1, 9, 1 *detur inoffenso uitae tibi tangere metam.* Sil. 6, 120 *cliuoso tramite uitae* confert Hosius 8 Sen. Ag. 80 *coniugii sacrata fides* confert Lundström, Auson. par. 2, 5 *coniugiiq. f.* Armini 9 *aeterno* i. in aeternum Lundström B debuit *natae*

1967

Fl(auius) hic situs est pro|auus qui tempora | uitae
Plura senex | numerans meruit | hoc saepe uocari: |
Vixit ad exemplum ui|tae, poteratque nepo|tum
Dici simul | uirtute pater, nam | saepe solebat |
E . . . aequo caeleri | riuos transcendere magnos,
Nam canibus | senior leporem monstrabat et ipse. |
Sic fortis centum numerabat tempo|ra uitae.
hos ego iam proauo uer|sus pater ipse neposque |
testantes uitam multa per sae|cula misi.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2831, CIL. VIII 28082 Eng. 186 non procul Madauris in pago Henschir-Amana praescripta iuxta mulieris titulum Titiniae Fortunatae annorum XLVIII haec: *T. F(lauius) T. F(laui) fil(ius) Quir(ina) Pudens Maximianus p(ius) u(ixit) a. LXXXIII m. XI, h(ic) s(itus) e(st). o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant).* acrostichida agnouit Cagnat

2 *hoc* proauus 3 *exemplum uitae* Iuuen. 10, 247 4 uirtus uel fortitudo equitandi et uenandi sollertia definitur 5 debuit *altus, uectus equo* sim. *ex equo* si fuit, uitium acrostichidis gratia admissum est: lacuna maior quam unius litterae (*a*)*equus equo celeri* Eng. 6 sententia postulare uidetur *nepotibus,* metrum postulabat *nexilibus* aut saltem *nemoribus* (idem Heraeus Herm. 48, 1913 p. 456). *nam canibus* Gsell, *n////////bus* CIL., *nec c. serior* Lundström Erani uol. 13 p. 5 *senor* CIL. 7 *centum* memorabile, ne LXXXIIII quidem annos compleret *tempora* i. annos cf. Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 216 'uersus non ad hunc Flauium, defunctum annos natum LXXXIII, uidentur pertinere, sed ad patrem eius annorum centum' CIL. *nummerabat* CIL

1968

Accepit requiem post septuaginta non minus annos.
Nulli numqua nocuit, sinceriter semper amauit amicos.
Thalamo suscepit Stratonicenem coniuge iuncta.
O praua genesis, primum qui tulisti maritum —
Nihil pulchrius fuerat quam coniuge in ante misisset,
Iuncta quem possedit XXXV uel amplius annos,
Vt lacrimae minimae per genitoris uita fuissent.
Si scire uis, lector, qui pausat, ca[pita] uersorum require.

Wiener Stud. 24, 1902 p. 586 descr. Maionica Eng. 208, Diehl lat. altchristl. Inschr. 346 Aquileiae in tabula marmorea subscriptum *d*(*ecessit*) *in pace XVII kal. Nou. N*[*epotiano*] *et Fac*(*undo*) *conss.* anno 336

4 i. quae prius abstulisti, cf. n. 1992 5 haec Maionica parum recte explicauit 'herrlich war ihr Leben bevor sie den Gatten begrub'. ego intellego (et Löfstedt phil. Komm. zur peregr. Aetheriae p. 132): quam si fatum ante occupasset coniugem iunctam quam possedit tot annos, ut uiueret pater familias neque hic deflendus esset 8 acrostichis est *Antonius*

1969*

Concordes animae quon|dam, cum uita maneret, |
moribus eximi(i)s pariles et amo|re iugali
sedibus his iunctae | per saecula longa quiescunt. |

nam bonus, heu, Marcus generis | fastigia reddens
Aemilius | Primus Flauianus nomine | pollens,
cum quattuor de|cimos complesset nobilis annos, |
tertius huic post hos finem de|dit annus inicus.
post cuius letum | dulci uiduata marito
coniux | casta suum per se solata labo|rem
Iulia, femineis exem|plar moribus omne,
Seti|na excelso genere orta et glo|ria gentis
hic sita, sed sedes | meruit penetrare piorum. |
Elysios celebrat caro con|iuncta marito.
sexsies hu|ic decimum spatium compleue|rat annus.
haec monimenta | aeui posuerunt munere nati, |
Aemilii Aquilinus pietate et Bar|barus
exsequias] ibi sollemni de more fre[quentant.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2240 Eng. 218 Madauris, antecedit *d. M. s.,* sequitur *h. s. s.*

1 prius hemistichium Verg. Aen. 6, 827. carm. epigr. 739, 6, alterum 1347 B 15, cf. Aen. 5, 724 al. 3 *per s. l.* Ou. met. 4, 67. 15, 446 8 idem exitus carm. epigr. 433, 4. 487, 9. Dracont. laud. dei 3, 496. Rom. 5, 5. 8, 154. 10, 297 9 *longum cantu solata l.* Verg. georg. 1, 293 11 *gloria gentis* Verg. Aen. 6, 767. Lucan. 3, 241 13. 14 etiam Gsell n. 2248 infra inter commatica 17 minoribus litteris scriptus. cf. 1976, 2

1970

Hi sancte coluere deos,] uixere fideles,
post obitum Elysios ut] possent uisere campos.
utque darent coniuncta aet]ernae membra quieti,
natorum pietat]e senes haec dona tulere.

CIL. VI 36426 ex schedis Guarnerii Eng. 164 ad quartum ab urbe miliarium inuentum a. 1758 adnotauit Venuti praecessit . . . *Thaumaste sibi fecerunt.* uersus 1 et 2 Huelsenus expleuit ex carm. epigr. 435, posteriores ego

4 *ultima pro pietate? quod saepe optauere? sua dona ferebant* Ou. fast. 5, 425

1971*

Dis est sacratus Manibus | hic tumulus, |
qui tegit ossa piae | O[. . . .]ae Numisiae | Marcell[i
n]ae Quinti | . . o . . . . . . ris. |
quorum quot sic sunt | coniuncta sepulcra, |
testantur quam concor|des exegerint aeuom. |
quos nec mors potuit | seiungere longe
crudelis quae sola potest | disiu(n)gere amantes.

CIL. VIII 27380 descr. Poinssot prope Thuggam u. 1 et 2 pentametri, u. 3. 5 hexametri manci u. 2 interierunt et nominis mulieris particula et nomen mariti paene totum 6 *coniungere a.* Prop. 1, 10, 5. *diducere a.* 2, 7, 3

1972*

. .]iis hic situs est simul et pia Iulia coniunx,
qui aetate(m) pari animo uixere et amore.
nam delectabant ciues concordia uitae
. . . .]um defunctum . . memorii est.
quam . . . . aiuii sequitur . luctus iis
quod iu . . . . isitorum cum flore quiescant
ii . . . iii . . . . . . iicat ossa tuis.

CIL. VIII 27409 descr. Poinssot inter Thuggam et Aunobarim
3 in archetypo fuerit *quam delectabat* 5 sq. parum certa

1973*

Coniuges hic positi | acerbo funere rapti.

CIL. V 5709 contulit Mommsen Eng. 217 Agliate, antecedunt nomina coniugum *Sextiliae Cattae et Sextilii Bassiani* cf. carm. epigr. 737, 1. 2014, 2

1974

Vir bonus et prudens studiis | in pace decessit.
nomen digni|tatis eximium laudemq. super|bam

deum uidere cupiens uidit | nec frunitus obiit.
sic sibi uolu|it ac meriti(s) suis funus ornari. |
omnes filii bonum patrem cla|mitant querentes.
pariter et | uxor luget, quaeret non in|uentura quem perdidit.

CIL. VI 31965 descr. Rossi, add. p. 3814 Eng. 253, Diehl inscr. christ. 298 uia Ardeatina in praediis Amarantianis rep. tabula magna rotunda marmorea praecedit *Cl. Callisto u(iro) e(gregio) siue Hilario uxor et filii bene merenti fecer.* subsequitur *qui uixit annis LXV d(e)p(ositus) prid. n. Feb.* 'uersuum temptamina pessime facta, fines uersuum signantur punctis' Huelsen

1 idem initium Hor. epist. 1, 16, 32. cf. 1, 7, 22 2 *dignatus* coni. Lundström Eranos 14 p. 166 3 *uidit* ante oculos habuit, ut interpretatur Mommsen. pronuntiandum quasi *obiuit* 4 *meriti* lapis *meritis suis* dat. pl. i. bene merentibus Lundstr.

1975

Felix pater habes | digna tuae premia | uite,
optima cum resonat | perpetuo nomine fama,
pre|coniumq. tu(u)m merito commu|[n]i ore p[robat]ur
per benigna tibi q|[uaesitum tem]p[ore in om]ni
pectora dum | [uiuis praest]ando cuntis amo|[rem.

Monceaux reuue archéolog. 1906 m. Iunii p. 469, Gsell bull. du comité 1896 p. 178, 59, CIL. VIII 4763 (mutilum ac rude), Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2774 Eng. 222, Diehl lat. altchristl. Inschr. 334 Madauris rep. inter rudera basilicae christianae tabula lapidea siue mensa, saeculi ut uidetur quarti praescriptum *i p(er) Chr(istum) a. m.* ut Gsellius uolt *a(d) m(eliora)*, Monceaux *ad martyres*. subscriptum *Pom*]*ponianus q(ui) felix uix(it) an. LXVIII* *felix* incertum hic et u. 1 an nomen fuerit proprium

3 et 4 explerunt Gsell et Monc., 5 ego, parum enim probabiliter post *omni* distinguens Monc. proposuit *pectora dum refouet reuocando cun(c)tis amorem*

1976*

Perpetuam fa[mam maternae] | gloriae semper
pro[sequi]|tur nurus, pietate nati fr[e]quentant.

uixisti grate, | c[onui]uio celebrantur ami|ci.
aeternumq. uale nobis pi|entissima mater.

Archeologiai Ertesitö 1902 p. 337 ed. Gab. Finály, Öst. Jahresh 1903 Beibl. p. 116 descr. Ornstein Eng. 238 rep. Szamosújuár sequitur *u. l. r.* suppleuit u. 1 Eng., reliquos Finály

4 hemistichium Vergili Aen. 11, 98. carm. epigr. 2033

1977

Funeri multa quidem condigna iam misimus omneS,
Insuper arequ(e) deposite Secundulae matrI
Lapideam placuit nobis atponere mensaM,
In qua magna eius memorantes plurima factA,
Dum cibi ponuntur calicesq. ei copertaE,
Vulnus ut sanetur nos rod(ens) pectore saeuuM.
Libenter fabul(as) dum sera red(d)imus horA
Castae matri bona laudesq., uetula dormiT
Ipsa q(uae) nutrit, iaces et sobriae sempeR.

CIL. VIII 20277 descr. Gsell Eng. 206, Diehl inscr. christ. 1570 Satafi in Mauretania Sitifensi litterae plurimae inter se colligatae et complexae praescriptum *memoriae Aeliae Secundulae*, subscriptum *u(ixit) a. LXXV, a(nno) p(rouinciae) CCLX* qui est Christi 299, *Statulenia Iulia fecit* acrostichis telestichisque efficiunt *fili dulci|simae matr.*

5 *et copertae* corrigitur in CIL., copertas uideri dictas pro coopertoriis et significari uestem stragulam. potest *ei* ad *mensam* referri intellegique coperta escis poscis, praestat autem ad matrem referre capulo tectam, cui quasi una cum filiis epulaturae cibi calicesque ponuntur in mensa 6 uidendum ne lapis *nos(t)ro d(e) pectore* exhibeat. *saeuo pectore* Verg. Aen. 12, 888 7 *libenster* tabula 8 *uetula* hic blande dictum est 9 *o* pro *q.* tabula *iaces* noli scriptum putare pro *iacens* aut adeo *tacens*, quia praecesserint *dormit* et *nutrit*, sed iam adfectus causa adlocutio fit matris ut Verg. Aen. 9, 486 *heu . . iaces* *sobria* emendatur in CIL. illud est *sobrie*

1978

Hic Damasi mater posuit Laure[ntia membr]a,
quae fuit in terris centum minus [octo per an]nos.
sexaginta deo uixit post foe[dera prima,
progenie quarta uidit quae [laeta nepotes.

Not. 1903 p. 280 descr. et expleuit Marucchi Eng. 354, Diehl lat. altchristl. Inschr. 329 Romae in catacumbis ad uiam Ardeatinam, ubi Damasus intra a. 366 et 384 pontifex max. cum matre sua sepultus esse narratur in libro pontificali.

2 *minus undecim annos* prop. idem Mar.

1979*

Heu, cui miseram linquis, karissime coniunx.
quid sine te dulce rear, quid amabile credam?
cui uitam seruo, quod non sequor, improbe, funus?
ad tecum liceat iunctis mihi Manibus esse
optatoque nimis saltem tumulo sociari.
nil mores iu[u]ere pietasq(ue) fidesq(ue),
nec quidquam lenem morituro profuit esse.
hoc unum, siquid tamen est post corpora sensus,
pignus habere mei patiar te semper amoris:
inuiolata tuum, coniunx, seruabo cubile.

Not. 1914 p. 224 descr. Mancini, nuouo bull. di arch. crist. 20, 1914 p. 127 descr. Schneider, bull. com. 42, 1915 p. 213 descr. Cantarelli Romae ad uiam Salariam ubi erant catacumbae S. Felicitatis sequitur *Florentius qui uixit ann. p. m. XXXIII. dep. kal.*[. . ., unde sequitur titulum esse christianum. saec. IV ut iudicat Kaufmann, Handbuch d. altchr. Epigr. p. 328, saec. III ex. attribuit Mancini. tractauerunt Lenchantin de Gubernatis Athenaeum 4, 1916 p. 6, Galdi ib. p. 227, Vogliano rend. del r. ist. Lomb. s. II uol. 48, 1915 p. 685, riu. indo-greco-ital. 1, 1917 p. 160

1 *cui* i. qui *me miseram* Schneider 3 *improbe* dictum de defuncto, caue coniungas cum *sequor* aut corrigas *improba* 4 i. at, *adte cum* lapis prosodia redarguit *mănibus*, sicut interpretantur Manc. et Kaufm. 6 *iuibere* lapis adde *tui* uel *nihil* *pietasq. f.* Hosius ad Octauiae u. 51 Coripp. Joh.

8, 139 8 cf. Ou. Pont. 1, 2, 113. Lucan. 8, 749 9 *pignus amoris* Verg. Aen. 5, 538. 572 et Ouidius (epist. 11, 13 met. 8, 92) et supra 480, 6. 500, 3. 972, 1 10 *seruare cubile* Verg. Aen. 8, 412 cf. Val. Fl. 2, 137

1980

d. M. | Athenaídi | coníugi íncon|parabili Pe|tronius
Aero|cianus mari|tus, quae me|cum uixit an|nis XXII,
de cu|íus pudore ne|mo dicere potu|ít:
uicta est íus|titiaes non ae|quo iudice | fato. |
b(ene) m(erenti).

CIL. XI 6204 descr. Mommsen Eng. 195 apud Aesinates Vmbriae tabula marmorea sumptum uersiculum puto a poeta nobili Lucanum insecuto, qui tamen pro *iustitiae* uerbum posuerit aliud

1981*

Quod tibi defunctae superest de coniuge fido
quodque leuare potest solum nostrumque dolorem
e]t tibi seruare longa per saecula nomen,
accipe, kara mihi coniunx, pia munera mortis:
annua uota, diem sollemnesque ordine pompas.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 1090 ad ectypum prope Thagoram in Africa procons. antecedit *d. M. s. Flauia Festa pia uix. annis LI m. I d. VII, memoriae coniugis karissimae Fl. Fortunatus maritus fl(amen) p(er)p(etuus) c. p.,* sequitur *h(ic) s(ita) e(st), o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant)*

3 *per saecula n.* Verg. Aen. 6, 235. Sil. 15, 553 *seruat per s. n.* cf. 3, 441. Lucan. 7, 589 Stat. silu. 1, 1, 8. Theb. 2, 486. 5, 747 5 sumptus ex Verg. Aen. 5, 53 (ubi *tamen* pro *diem*)

1982*

Iulia fida mihi coniunx aequaeua iucunda,
quod tua mandauit fieri suprema uoluntas,
hoc ego perfeci parens praecepto maritus,
propriis ut sedibus semper quiete maneres:

quae communes erunt, cum leti uenerit hora.
Q. Herennius feci cognomine Felix.

Rec. de la soc. arch. de Constantine 1899 p. 389 ed. Vars, reu. arch. 37, 1900 p. 510 n. 196 Eng. 214 Tubunis, litteris saec. II

2 hexameter legitimus, ceteri male truncati 5 Tib. 1, 1, 59 *suprema mihi cum u. h.*

1983*

Aureus, a Danae, pro[. . . . . .] | cara marita
nec licu[it . . . .] | uiuis.
mi dulcis Dana[e . . . .
. . . . . | possunt animae eg[. . . .] |
nostra non in diui[s . . . . . .] |
nam superinpositu[s . . . . . .] |
coniugis eximi[ae

CIL. XI 7338 descr. Bormann Volsiniis rep. saxum silicium, subscr. *Herenni*[luditur in nomine Danaes, cf. carm. epigr. 359 u. quomodo distinguendi sint non liquet 7 Stat. silu, 5, 1, 226 *eximius coniunx*

1984*

. . . .
prudens et patiens | frugi flos sobria . . .

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2246 Madauris sequitur *pia uixit annis XXVIIII mensibus XI diebus X. Pet. Iustus dedicauit. h. s. e.*

1985*

. . . . . . a ni|tore
sobria prospiciens mater pia filia concors,
disciplina cui uelut in seniore probata est.
cum menses septem et denos ter uixeris annos
pru[de]ns et p[atien]s . . . . . .

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2247 Madauris reliqua adeo laesa, ut legi non possint uel restitui subscr. *h. s. e.*

1986

O mihi] ter cara, na[tos], si ui[nceret] aet[as,
fecun]d[o saltem poteras educere] lus[tro.
horrib]ili St[yx nunc rapuit te uertice] aqua[rum,
dulcis] amica, [tuam properans abducere] uitam.
. . . m . . is . . h . . . . o
. . lar de . . . . uite
. . . liber . . . . t ori
. . or . . . . quum
. . ur . . . . am
. . . p]ure de corde iugali. cum erigi
. . . tit uxori.

Ephemeris epigr. 9 p. 114 n. 294 auctore Fita, qui edidit ex delineatione olim a Saavedra facta primosque uersus ita redintegrare conatus est. quamquam u. 3 quae suppleuit *at facilis te illapsam abduxit riuus aquarum* non mutata repetere non potui   Eng. 216   prope Legionem, quo loco Lancia Asturum fuisse putatur, in monasterio SMichaelis. litteris saeculi IV uel V, quae magnam partem fuste columnae esse obtectae dicuntur   de superioribus reliqua haec sunt: *M]ontani uxor h(ic) s(itast): s(it) t(ibi) [t. l.*

1987*

. . . . aisin . . . | . . . a de Vibio patr[e] | nouale
cum fuit | cum uixit dilecta mari|to.
sed fuit, heu dolor, hoc dure legis: te[n]era n|am
caedere iussa . . .

CIL. VIII 27248 ad ectypum   Thuggae, 'litterae optime seruatae, nihilominus pleraque obscura, culpa uidelicet scriptoris' CIL.

1 *edit]a, sat]a*? *Nouale* proprium nomen? 2 i. quamdiu fuit, uixit d. m., cf. n. 1944, 3 *d. m.* 1433, 3 4 i. *cedere*

1988*

Hic Perusina sita est, quá nón pretiosior ulla
femina, de multis uix una aut altera uisa

sedula. seriola parua tam magna teneris.
'crudélis fáti rector duraque Persiphone,
quid bona diripitis exuperantque mala?'
quaeritur a cunctís, iam respondere fatigor,
dant lachrimas, animi signa benigna suí.
fortis, sancta, tenax, insons, fidissima custós,
munda domí, sat munda foras, notissima uolgo,
sola erat ut posset factis occurrere cunctís.
exiguo sermone inreprehensa manebat,
prima toro delapsa fuit, eadem ultima lecto
se tulit ad quietem positis ex ordine rebus,
lana cui e manibus nuncquam sine caussa recessit,
opsequioque prior nulla moresque salubres.
haec sibi non placuit, numquam sibi libera uisa,
candida, luminibus pulchris, aurata capillís,
et nitor in facie permansit eburneus illae,
qualem mortalem nullam habuisse ferunt.
pectore et in niueo breuis illi forma papillae,
quid crura? Atalantes status illi comicus ipse.
anxia non mansit, sed corpore pulchra benigno,
leuia membra tulit, pilus illi quaesitus ubique.
quod manibus duris fuerit, culpabere forsan:
nil illi placuit nisi quod per se sibi fecerat ipsa.
nosse fuit nullum studium, sibi se satis esse putabat.
mansit et infamis, quia níl admiserat umquam.
haec duo dum uixit iuuenes ita rexit amantes,
exemplo ut fierent similes Pyladisque et Orestae:
una domus capiebat eos unusque et spiritus íllís.
post hanc nunc ídem diuersi sibi quisq(ue) senescunt:
femina quod struxit talis, nunc puncta lacessunt.
aspicite ad Troiam quid fémina fecerit olim,

sit precor hoc iustum exemplis in paruo grandibus utí.
hós tibi dat uersus lachrimans sine fíne patronus
muneris amissae, cui nuncquam es pectore adémpta,
quae putat amissis munera grata darí,
nulla cui post té femina uisa proba est:
qui sine te uiuit, cernit sua fúnera uiuos.
auro tuum nomen fert ille refertque lacerto,
qua retinere potest auro conlata Potestas.
quantumcumq(ue) tamen praeconia nostra ualebunt,
uersiculís uiues quandiucunque meís.
effigiem pro te teneó solacia nostrí,
quam colimus sancte sertaque multa datur,
cumque at te ueniam, mecum comitata sequetur.
sed tamen infelix cuí tam sollemnia mandem?
si tamen extiterit, cui tantum credere possim,
hoc unum felix amissa te mihi forsan ero.
ei mihi! uicisti: sors mea facta tua est.
Laedere qui hoc poterit ausus quoque laedere díuos,
haec titulo insignis, credite, numen habet.

Not. 1912 p. 156 descr. Mancini, Gubernatis riu. di fil. 41, 1913 p. 385 cum imagine Romae ad uiam Salariam, intra confinia saec. III et IV praescriptum *dís Mánibus Alliae A. l. Potestatis,* sequitur carmen duabus columnis scriptum, u. 51. 52 infra columnas scripti sunt carmen magis affectu scribentis atque humanitate quam arte poetica et perspicuitate sermonis insigne tractauerunt Kroll Philol. 73, 1914 p. 274, Gurlitt ibid. p. 289, Hartmann Mnemos. 43, 1915 p. 385, alii multi (cf. Tolkiehn Bu. Jahresber. 171, 1915 p. 92, Schanz Röm. Literaturgesch. III^{3} p. 48), nouissimus Liljeholm Erani uol. 21, 1923 p. 97

hexametris immixti sunt pentametri u. 5. 7. 19. 37. 38. 43. 45. 50 iique uno pede aucti 4. 49, heptametri 25. 26. 30. 34, rudis u. 31, ut scias 'libertinorum musam' (carm. epigr. 1037). corripitur *caussă* 14, *aurŏ* 40, producitur *diripitís* 5, sim. 12. 15. 51

laudat patronus maerens defunctae ancillae libertinae et concubinae, non uxoris, uirtutem sobrietatem pulchritudinem

1 *P.* agnomen a patria sumptum 2 Ou. trist. 1, 3, 16 *qui modo de multis unus et alter erant* confert Liljeholm intellege: uix una uisa est sedula, si comparaueris cum Potestate 4 *crudelis nati* incipit Verg. Aen. 6, 446 7 cf. Ou. trist. 1, 8, 28 *et lacrimas animi signa dedere sui* 8 *f. c.* Ou. met. 1, 562 10 laudari uidetur quod ipsa omnia negotia fecit, a nulla ancilla adiuta 11 *inreprehensa* uox Ouidiana (met. 3, 340 trist. 5, 14, 22) 12 *delabi toro* Ou. am. 3, 1, 51 13 legendum *qu(i)etem* Ou. met. 12, 211 *p. ex o. mensis,* cf. 2, 109. trist. 1, 1, 107 16 i. semper se modeste gessit, etiam manumissa 17 i. flauis capillis 21 lege *Atlantes.* crura Atalantes laudantur Ou. am. 3, 2, 29 ars 3, 775 status ipsius Atalantes comparatus cum Potestate magis comoediae conuenire uidebatur 22 *anxia* quid significet, multum quaesitum est (cf. etiam Hartmann Glotta 8 p. 291, Birt de uita antiqua[3] p. 257, Liljeholm p. 111, Armini Eranos 22 p. 152). non uidetur pertinere ad depilationem, sed ad curam corporis: non anxia erat 'quae faciem commendet cura', nam ipsa pulchritudine corporis placebat, non pretiosa ueste aut mundo muliebri; unum hoc curabat, ut leui corpore esset. pudicitiam Alliae nolim in dubitationem uocare 23 lege *quaestus,* cf. 327, 5 24 *culpabere* deponens, uix i. q. *culpaueris* 26 i. aliena non curabat 27 *infamis* i. sine (mala) fama 28 s. nondum explicati, quia qui fuerint iuuenes, non apparet 32 *puncta* i. momentum temporis, concordia iuuenum statim post mortem Alliae periit 34 Ou. trist. 1, 3, 25 *si licet exemplis in p. g. u.* 35 coniunge *tibi amissae dat hos uersus muneris* *lacrimas sine fine dedi* Ou. epist. 3, 15 40 Ou. trist. 1, 7, 6 *in digito qui me fersque refersque suo* eqs. Allius autem nomen Potestatis in armilla aurea incisum gestat 41 l. *retineri?* *auro conlata* i. coniuncta 42 s. redditur Ou. trist. 1, 6, 35 *quantumcumque tamen praeconia nostra ualebunt, carminibus uiues tempus in omne meis* 45 *multa serta* collectiue pro multae sertae *umida serta dato* Ou. trist. 3, 3, 82 47 *hoc tamen i.* incipit Verg. Aen. 10, 829 52 *numen habere* Ou. am. 3, 9, 18 al.

1989

Forte s[ub hoc la]|pide iac[eo Ma]|trona s[epulta] |
nocte di[eque bono semper deflenda marito.

CIL. XIII 7172 descr. Zangemeister Mogontiaci fractus lapis. praescriptum *d. [M.* simile est epigramma in Ballistam, quod Vergili fertur in uita Donati 17

1990

Viscia Paula soror et coniunx | Viscia Firma |
uno anno obiere sim[ul d]uo mensibus inter. |
nonaginta annos uixerunt adque duo|bus,
quadraginta et quinque | soror, reliquos fuit uxor. |
quarum pro meritis tumulis | duo corpora iunxi
Q. Viscius | Valens d[u]plici pietate | propinquus.

CIL. III 14237 ad ectypum Eng. 178 in Dalmatia reperta Pitunti columella inlata museo Spalatino fastigium ornatum est ramis fronde flore, primus hexameter maioribus litteris signatus

2 i. intra duos menses 6 pronuntia quasi *Quintus Viscu Valens*

1991*

Hic Regina sita est tali contecta sepulcro,
quod coniunx statuit respondens eius amori.
haec post bis denos secum transegerat annum
et quartum mensem restantibus octo diebus,
rursum uictura, reditura ad lumina rursum.
nam sperare potest, ideo quod surgat in aeuum
promissum — quae uera fides — dignisque piisque,
quae meruit sedem uenerandi ruris habere.
hoc tibi praestiterit pietas, hoc uita pudica,
hoc et amor generis, hoc obseruantia legis,
coniugii meritum, cuius tibi gloria curae.
horum factorum tibi sunt speranda futura,
de quibus et coniunx maestus solacia quaerit.

Wien. Stud. 34, 1912 p. 369 contulit Bormann, Mueller et Bees Die Inschr. der jüdischen Katakombe am Monteuerde zu Rom, 1919 n. 145 Romae in catacumbis iudaicis ante portam Portuensem, saec. II in.

3 *trans. segerat* lapis, idem exitus 1437, 3 uixit igitur cum marito annos XXI menses III dies XXII 6 s. cf. Nohl Woch. klass. Phil. 1913 p. 66. 502 12 propter tales uirtutes secura sis de futuris. de tali genetiui usu cf. Weinreich Herm. 55, 1920 p. 111

1992

Condita sepulcro hic pausat Vrsa | crestiana fidelis an(norum) XXXVIII,
per partum | subito ducente inpio fato est tradita Tartaris | imis
et me subito linquit sibi coniugem pro tempo|re iunctum.
quem ambulo et quero miser, quem ipse | aeterna condidi terra.
o quit tribuat genesis | qui separat conuirginios dulcis?
ut non licuit | nobis iugiter supernam frunisci caritatem. |
hoc dico legentibus et lacrimis prosequor uerba: |
coniuncti amantis semper se bene dicere debent, |
quia nihil erit dulcius quam prima iuuentus.

CIL. III 13529 descr. Nowotny Eng. 240, Diehl inscr. christ. 1336 Ouilauis (Wels) in Norico tabula marmorea, litterae non malae saeculi quarti, praescriptum *Fl. Ianuarius mil(es) uiuus fecit*

4 *quem* mulierem, cf. 5 *genesis qui* (n. 1968). deinde *ambulo et* quasi παρένθετον est, *quem* suspensum ex *quero*

1993

Ad[d]itus amor erat nobi(s) si fata dedisent:
fuit nobis iunctio dulcis bis [V]I per annos.

CIL. VIII 20776 descr. Texier Eng. 207 Auziae subsequitur *M. Vb. Locinus* (latet tale *Val. Ocinus*) *Fl. Camerinae coniugi carissimae | fecit, d(e)d(icatum anno) p(rouinciae) CCCXV. u(ixit) a. XXXV. | bibit pro* . . . annus est Chr. 354

1 *adlitus* fertur. etiam creuisset amor tamquam ἄλυτος interpretatur Wiman Eranos 13 p. 163 *nobisi* lapis *si f. d.* Prop. 2, 1, 17. Lucan. 1, 114 cf. Verg. Aen. 11, 112 Ou. met. 10, 163 carm. epigr. 475, 4. 1058, 3. 1219, 1. 2 *bis ti per* fertur. *bis uiginti per* CIL. quod cum annis uitae exscriptis non conuenit

1994

Hic fuerat similis roseo Cupidine | [uultu,
quem] myseri posuimus hic immaturu parentes
Sex. Gos|[conius F]estus et Malia Amanda scelerati.
huic enim si li|[cuisset] uiuere pluribus annis,
conferrendus erat Latonio | [Phoeb]o et Semeleio Bromio
aut a Nymphis adamato Nar|[cis]so.
magnam quidem habuissemus gaudia genitores, |
t]hura mero semper inposuissemus in pleno, frequenter |
laurea capitibus, confrequentaremus templa deorum. |
nunc quia non licuit frunisci nostrum aue raptum [Ga]|nymeden,
uelim quidem facerent caelestia fat[a ut eode] |
iremus properes ad nostrum inmaturu tuendum.

CIL. VI 35769 ad ectypum descr. Huelsen Eng. 189 Rauennae tabula marmorea originis urbanae praecedit *d.*] *M. s.* | . . . . . *e puer L. Malius Epagathus qui uixit* | . . . *die*]-*bus LXXV* composita sunt uerba in speciem hexametrorum, itaque ubi lapidis uersus non congruunt cum uersibus metricis, ibi fere lineolis aut aliis signis distincta saeculi II uel III

1 prima fuisse *hic iacet ille puer* coniecit A. Bentz i. Cupidini cf. carm. epigr. 1590 *Cupidinis os habitumq. gerens, nec metuam dicere: Apollineus* 5 Maliae gratia deo utrique matris nomen adponitur. *Latonio puero* prop. Huelsen 6 *amarunt me quoque Nymphae* Narcissus Ouidi met. 3, 456 7 i. *magna,* contra 9 *lauream* 8 *inposito sanctis altaribus igni tura fer ad magnos uinaq. pura deos* Ou. Pont. 3, 1, 161, breuiter *ture ac mero supplicare* multi, *tamquam tura merumque pares* Mart. 11, 104, 12 audacter inepteque hic dixit *tura mero inponere in pleno* i. inpletis mero pateris sacrificii causa superaddere tura. praestat tamen separare *in pleno* a *mero* idque accipere tamquam *ad plenum* 10 *Ganymeden* sublato integer existit hexameter 11 spatia lapidis cum ego dubitassem, Huelsen scribit non prohibere ne suppleamus *ut eode* 12 i. properi, cf. aduerbia *propere* et *properiter*

1995

A nimis indign]e rapuistis fata [puellam
quae cunctis fue]rat propénso d[igna fauore,
insignis forma, m]ixto lasciua [decore,
facunda et sapie]ns, cómis, pia ca[sta pudica.
at nunc inuidia f]atorum mort[ua Diti
in terrae grem]io iungit ses[e innuba uirgo.

CIL. XIII 3048 descr. Hirschfeld Eng. 171 Lutetiae Parisiorum rep. adseruatur in museo Cluny, litteratura saeculi I supplementa tam Villefossius quam Froehnerus adiunxerunt, ex quibus optuma atque usitata elegi, pauca mutaui

4 *pia c. p.* carm. epigr. 368. 451 5 *legibus et rigidis fatorum morteque uicta tristi conubio iungit sese aegra sepulcro* Vill. *lucem saeuitia f. morte reliquit, at nunc conubio iungit sese impia Diti* Fr. *sese* fuisse in 6, non *se sedibus* sim. probatur accurata lapicidae distinctione, sed sententia haec incerta manet (conieci etiam *unica nata* et *mortua matri . . . et patris umbrae*), non minus quae perierunt in 3 s. laudationis uerba

1996

Omnes uicisti spe|cie, doctrina puel|la
Iulia cara mihi, fa|tis abducta paternis, |
auro nil aliut pretio|sius atque cylindro, |
nil Tyrio suco formo|sius adque Lacone,
mar|more nil Pario splen|dentius adq. Caristo, |
nil forma melius s[eu] | pulchrius esse lic[ebat]. |
lanifica nulla pot[uit] | con<ten>dere Arachne, |
cantu Sirenas Pa[nd]i[o]|nidasque sorores,
et | specie superasti | quae sunt super omni|a dicta,
tu quae Graiu|geno sata es heroe | parente.
nata bis | octonos, letali fu|nere rapta
hoc si|ta nunc iaceo Iulia | Paula rogo.

Bull. de com. des trav. hist. 1907 m. Nouembr. p. XVII ediderunt Nicolas et Merlin Eng. 223 prope Ammaedaram (Haidra) in cippo sexangulo sub serto et *d. M. s.* scriptum carmen saeculo II aut III

1 *puellas* intellegit Merlin 5 *Carisio* descriptum est, *Caristio* Merlin. similiter ipsa *Carystos* pro marmore *Carystio* in Statii siluis 2, 2, 93 legitur 6 *licebit* supplet Merlin. intellegendum si non scriptura quoque explendum est *liquebat* (Ou. met. 11, 718 *esse liquebat*) 7 *condere* lapis, emendauit Merlin 8 sic Graeci Πανδιονὶϲ κούρα, Latinis *Pandionias* usitatius 9 numeri flagitabant *superas*. caue intellegas *supra dicta omnia,* cf. Petron. 126, 14 10 *sata es* ad numeros aequare uidetur spondeum. nomen patris, Achilles siue aliud, in alia eiusdem busti inscriptione pronuntiatum fuisse puta 12 *rogo* pro *loco* cacozelon

1997

Iulia Sidonia Felix | de nomine tantum, |
cui, nefas, ante diem | ruperunt stemina Par|cae,
quam procus heu | nuptiís Hymeneos con|tigit ignes:
ingemuere | omnes, Dryades doluere puellae, |
et Lucina facis demerso lumi|ne fleuit,
uirgo quod et so|lum pignus fueratque paren|tum:
Memphidos haec fu|erat diuae sistratae sacer|dos.
hic tumulata silet | aeterno munere somni. |

descr. mihique dedit Cagnat, publicauit in Reuue archéol. 1905 m. Aug. p. 205 Eng. 153 Cirtae in colle dicto Kudiat-Aty praecedit *d. M.* | *memoriae* |, subsequitur *u(ixit) a. XVIIII m. IIII d. XIIII* | *h(ic) s(ita) e(st)* metrici uersus in lapide foliis hederaceis distinguuntur

1 *Felix* pro agnomine puellae habui (contra in christiano carmine 671, 1 *uero de nomine Felix.* 1869, 15), quamquam potuit ita uocari etiam ob rem familiarem spemue sponsalium ac fortunae 2 *nefas* παρένθετον (Verg. Aen. 7, 73 al.) *stemina* stamina cf. ϲτήμονα et *nemen* carm. epigr. 436, 11 *rumpebant stamina Parcae* Stat. Theb. 8, 13 cf. silu 5, 1, 169. Lucan. 3, 19 carm. epigr. 501, 6. 822, 1. 1144, 1. 1548, 2. 1549, 17 3 i. ante quam 4 *Dryades d.* quaesita hic et deinceps adnominatio *D. p.* Verg. ecl. 5, 59 al. 6 *que* παρέλκον 7 *Memphidos* idem ualere ac Memphitidos arbitror. de Isiacis Martialis 12, 29, 19 *sistrataque turba*

1998

Ha]ec Sereni [membra in tumulo] | deuotus a[manti
iam pa]|ter orbatus [nato m]ale sa[nu]s [lo]caui.

inuida [Par]caru(m) mandat | mihi dira of[fi]cium p[ie]t[atis], |
annos cum d[aret] a me m[i]sero | tristi ore duc[endos],
funus [nunc cele]|brare nou(um) [honori]busq. q(uos) max[i]|m[o]s possunt [prae]stare pare[n|te]s
ossa col[enda dare et uerbis mem]orare sec[un]dis.

CIL. XIII 1602 descr. Germer-Durand Fita Allmer Hirschfeld Eng. 237 stela in agro Vellauorum pilis templi immissa, tum Le Puy in museum delata. titulus euanidus ac dirutus lectionis dubiae et incommodae. praescriptum *d.* [*M.* in latere dextro effictus uir aratrum tenens et flagellum argumentum orationis coniectaui potius quam constitui

2 puta uersum quondam de matre scriptum, *male sana* ita mulier a Vergilio et Ouidio dicitur, cf. 1523, 10 *amens.* legerunt *sa///s | caui* F. A. H. *saconsecraui* Germ. 3 *mandai* F. *auda u* G. nihil legit H. *dira* pro substantiuo usurpatum uidetur sicut pluralis *dirae.* 1206 *inuida Parcarum series,* cf. 472, 3 4 extremum fertur *suc* 5 *funus ///* F. [*pere*]*mtus* uidebatur H. sibi legere, is expleuit *celebrare* *nou. i//busqomax|//s possunt //// stariiapi|//s* haec fere feruntur 7 *//orari sic///dis* apparuit, *secundis* expleuit H. uerba cetera incerta, sequitur etiam *iuxu //|///ssannioriins/// ann///*, fortasse tale *uix. Val. Serenus annis* . . .

1999

Hic est ille | situs | Q. Petronius | Turnus,
qui uixit | annis V | mensibus X.

CIL. VI 36084 descr. Mommsen parua basis marmorea delata ad Batauos Hagam Comitum

1 quasi hexameter, *Quintus Petroniu T.*

2000

Hi]c est sita | [Ru]tilia Hila|[rit]as, dolor | [he]u luctusque | [pa]rentum, |
[qu]ae uixit an|[nis] VIIII mens. VI | [die]b. VII Rutili | [Profu]turus et | [He]done par(entes).

CIL. VI 36278 descr. Henzen Eng. 213 tabula marmorea ex uinea ante portam Salariam sita inlata in museum

Capitolinum hexametri 'exemplum hoc fere fuit: *hic situs est Hilaris, dolor heu l. p.* nomen Hilaritatis dolori parentum argute opponitur' CIL.

2001

Ho]c iacet tumu|[lo] Lamyrianus qu|[ond]am iuuenculus,
quem b]is octonos du|[cent]em luminis an|[nos]
abstulit atra di|[es et a]cerbo funere | mersit. |

CIL. III 14190[1] descr. Mommsen Eng. 177 Dorylaei in Phrygia rep. lapis rosae effigie ornatus subsequitur ? *M. Lic]inius Solicianu[s procurator A]ugustor. [filio bene mere]nti* uersus deprauati (1 corrigitur sic *hoc iacet in tumulo Lamyrus quondam ille iuuencus*)

1 *n* in *iuuenculus* supra uersum addita legitur. *iuuenci non tantum boues dicuntur sed et homines, quamuis in usu sit ut non nisi per deminutionem iuuenculos dicamus* Porph. Hor. c. 2, 8, 21 3 Verg. Aen. 6, 429. 11, 28

2002*

P]arua quid|[e]m subolis, | [q]uam cito ab | ubere matri|[s]
abstulit atr|a dies et fune|re mersit acer|bo.

CIL. VIII 26238 ed. Merlin Eng. 187 cippus rep. prope Uchi maius (prou. procons.) praescriptum *memoriae Atiliae Maniliae filiae dulcissimae,* sequitur *uixit d(iebus) CCCLX, h. s. e. Panchari* (signum defunctae)

1 Verg. Aen. 6, 428 *ab ubere raptos abstulit* eqs. 7, 484. georg. 3, 187 *ab ubere matris* 2 Aen. 11, 28

2003

. . . funu]s acerb[um
. . . . . . ngere m . . .

Not. 1900 p. 23, 33 descr. Gatti Eng. 191 ad S. Caeciliae trans Tiberim inuentum marmoris fragmentum

1 sic Gatti dubitans, nam potest etiam *mortis acerbae* 2 uelut: cui non potuit *contingere munus.* alia temptauit Armini conl. epigr. p. 18

2004

depo]situs . . . .
. . Antemio . . .

. . nsimumue . .

. . . fu]nere mer[sit

CIL. III 14908 descr. Kubitschek Eng. 436 Salonis sarcophagi fragmentum

3 *uicensimum* et 4 *funere* proposuit Hirschfeld, uidetur Vergiliana adfuisse locutio *et funere mersit acerbo*

2005*

romi . . . .

sed properata dies [demersit funere acerbo,

bis denos iuuenis post[quam peruenit ad annos.

Not. 1908 p. 21 ed. Vaglieri, bull. com. 1908 p. 95 ed. Gatti qui suppleuit Eng. 215 fragmentum marmoris rep. uia Flaminia. sequitur *Caesario et Atti[co coss.* a. 397 in margine sinistro scriptum est *os*

2 *festinata dies* Lucan. 5, 660

2006*

. . . . . ui]rtute beatos

. . . . . . s flore iuuentae

. . . . . . uitia semper

. . . . . . m causa petiuit

. . . . uir]tutib(us) aptum.

Not. 1908 p. 20 descr. Vaglieri Eng. 184 fragmentum marmoreum rep. uia Flaminia, tractauit Armini Eranos 22, 1924 p. 156

2007

Hunc titulum quicumque le]gis, mea fata dole[bis

. . . . prima etate dectus.

CIL. V 1727 descr. Mommsen Eng. 200 Aquileiae in museo sequitur . . . *m. V dies XV*

2 *et . ate. dectus* sic lapis, erratumne pro *defunctus*? *dec(ep)tus* Eng.

2008

Vicisti, Fortuna, meos infesta labores: |

eu, [p]er[i]t intactus nobis pudor et Vene[ris flos |

feminei sexus, mise[ran]d[a querel]a [pa] rentum
[p]rebere . . . . ris . . | his oro . . at . . . ta . ium | .
. . . i dierum . . ius | . . .

transcripsi ex apographo et ectypo Bormanni in agro Rauennate inuentus lapis calcarius extritus et euanidus, praescriptum *d. M.*, omnino quattuordecim aut plures inerant uersus nunc Rauennae in museo

2 *eu* (i. heu) *fert* aut *euenit* legebat Borm. *flos* excedere spatium uidetur, in 1 ultuma *s* imposita est margini lapidis *flos Veneris* 935, 16 *feminei sexus* incipit Auson. parent. 6, 7
4 potest *p*]*reberet*

2009

Epyfania tẹ[git hic tumulus, quam] | funere durọ
[heu nimium celeri rapuit] | mors impia c[ursu
. . . . | tis nota in . . .
. | bilis a . . . .

CIL. XIII 11212, Martin et Villefosse bull. du comité 1905 p. XLIII, Espérandieu reu. epigr. 1904 p. 114 nr. 1589 Eng. 245 Lugduni tabella marmorea primos uersus suppleuit Esp. ex carmine epigr. 768 in propinqua regione reperto

3 uelut *quae fuerat cunctis nota inmaculata*

2010*

O nefas, quan floridos | cito, mors, eripis annos.

CIL. V 4754 contulit Mommsen Eng. 196 Brixiae. praescriptum *d. M. Valeriae Crispinae animae innocentissimae, quae uixit ann. XXIIII m. V d. VII* (*h*)*or. V L. Postumius Ursianus coiugi frugalissimae. Sinplicio* (signum defunctae)

2011

. . . Vincentius infans
dul]cior semper amicis
luctumq]ue repente reliquit.

CIL. VI 36552 descr. Vaglieri Eng. 174 fragmentum marmoreum quod adseruatur in thermis Diocletiani truncatum sinistra et infra

2012

. . . s]olacia fratre
parentibus esset

p]arcere uellent
o superesse dolori.

CIL. VI 36660 descr. Huelsen Eng. 180 marmorea tabula infra fracta et sinistra, litterae saeculi dicuntur III uel IV

3 *his* parentibus *utinam diui ne parcere uellent neue senes sinerent tanto superesse dolori?* cf. Ou. met. 11, 703

2013

Funeri de subito ra|ptus decumbis in ag|ro.
o genesis, o dira dies | supprema iacenti:
inste|tit et myserum morti | [demisit] acerbum

CIL. XI 6926, Not. 1898 p. 48 descr. Crespellani Eng. 224 Mutinae ante portas in tabula lapidea fastigiata defracta, ita figurata ut aliquot post 3 uersiculos inscriptos habuisse uideatur, nunc ne *acerbum* quidem integrum extat praecedit *d. M. Helio Leo et Vera parentes.* saeculi II uel III

2 nolim iungere *suprema* dies *institit*, sed principio uersus 4 periisse puta uelut *inuida Fortuna* 3 *demersit* suppl. Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 217

2014*

Te rogo praeteriens nol]is calca[re iacentem,
quem rapuit nobis cru]deli fun[ere fatum.

CIL. VI 30567, 22 descr. Huelsen Eng. 162

1 suppleui ex 1145, 1 cf. Ou. Ib. 29. carm. epigr. 1943, 8 2 *crudeli funere* Vergilianum, cf. 1143, 2. 1146, 1. 1218, 5. 1973 subscriptum *uixit ann*]*os VI* . . .

2015

. . . .
Seuola post patroni | obitum dilecta puella, |
iudicio collecta p[ari]. | Trita et Vitalis alumnae.

CIL. XIII 5855 ex schedis Eng. 250 fuit in ciuitate Lingonum alter uersus ob nomina propria excreuit in heptametrum. deest talis *conditur hoc tumulo sicut pia saepe rogauit*

1 *seuola* cod. Vesont. *s . . uola* Vignier 2 *collecta p*[*ietate*] Vignier. *collecta* dictum uidetur ut adsonaret illi *dilecta* i. hae mulieres posuerunt alumnae suae

2016

Adspirauit infanti deus aelectae puell[ae,
parua fuit in carne, uerum perfecta [in mente,
patri cara matrique dulcis digniss[ima uirgo.
hanc placuit deo raptam adsumere san[ctis.
spiritu plena sapiens ad regna tetendit,
Anastasia secundum nomen credo fut[uram.

Nuouo bull. di archeol. crist. 10, 1904 p. 99 s. et 263, not. 1905 p. 113 descr. Marucchi et suppleuit Eng. 255, Diehl lat. altchristl. Inschr. 330 ad urbem in coemeterio Commodillae circa a. 400

5 numeris nihil deesse uidetur, alioqui suppleas *tetendit eterna* 6 intellege *Anastasiam* resurrecturam

2017*

Hi]c concl[usa te]netur pat[er|no me]mbra sepulcro
Verula] q(uae) uixit intacta [per | anno]s XVIIII et men|[ses . . et] dies XXII
defunc[ta | obii]t die IIII idus iunias |
domi]no nostro Auito [Aug.

CIL. XIII 11208, bull. du com. 1905 p. XLII ed. Villefosse, reu. épigr. 5, 1904 n. 1590 ed. Espérandieu Eng. 249 Lugduni tabella marmorea, infra reliquiae cernuntur monogrammatis christiani circulati, annus est 456

1 sententia obscura, sic fere suppl. Martin, similis titulus CIL. XIII 2433 † *hic conte[nta iacent . . mem]bra sepulcr[o* . ., cf. 2374. 2429 2 nomen proprium exempli causa inserui

. . . .

2018*

Ne tristes lac[rimas, ne p]ectora tundite u[estra
o pater et mater, n[am reg]na celestia tango.
non tristis Erebus, n[on p]allida mortis imag[o,
sed requies secura te[net] ludoque choreas
inter felices animas et [a]moena piorum
pr[ata . . . .

Bull. di arch. crist. 1882 p. 75 ed. Rossi   Romae in basilica s. Agnetis

3 *m. i.* Verg. Aen. 2, 369. Ou. am. 2, 9, 41. trist. 1, 11, 23   5 *f. a.* Verg. Aen. 6, 669   *amoena p.* Verg. Aen. 5, 734 Sil. 13, 703 Val. Fl. 1, 845

2019*

Fratri sepulturam fratres | fecere Vitali. |
uix(i)t ter denos, post | seriem coeperat, annos.

Mél. d'arch. et d'hist. 32, 1912 p 164 n. 89 ed. Piganiol   Ammaedarae in cippo, subscriptum *h. s. e.*

2 *post* pro *postquam*

2020

malis prohib]ens terram con|[sternere b]elli
et maculare tibi sanct|[tu]m corpusq. fidelem
IIII et XX annos | mensesq. nomen diesq. uiginti |
probe uectatus es terra.

Bull. arch. du com. des travaux hist. Paris. 1899 p. CXCV descr. Cagnat   Eng. 239   Caesareae Maurorum reliquiae epitaphii   primis uerbis metri speciem reddidi, in quo ultimum fertur *illli*

2021

la]crimabile [funus
ue relinquet
perfe]cerat annum
fat]a dolore
re]ciso

Not. 1905 p. 114 descr. Marucchi adposuitque supplementa   Eng. 247   ad urbem in coemeterio Commodillae reliquiae hexametrorum finales

2022

ṇ . . . . [la
crumare suo[rum . . .
nat ferat hae[c . . . . .
parentes sp . . . .
tulit han[c . . . .

CIL. III p. 2261 ad n. 2638 descr. suppleuitque Kubitschek Eng. 316 Salonis dactylicum fragmentum, ante primam litteram *n?* (uelut *nequis fata l. s. proponat*). relictum est uitae mortui hoc indicium *m. IIII d. XXIII*

2023

Viuite | felices et nostris profundi|te Man(i)s
et memores estis uos | nobiscum esse futuros.

CIL. III 14165[1] ad exemplum photographum Eng. 167 Heliupoli Syriae praecedit *d. M.* [*s.*] *Aurel. Vict. duc(enarius) prot(ector)* | *uixit annis XXXX,* insequitur *Aurel.* | *Baia* (aut *Bala*) *duc. prot. fratri pien|tissimo memoriam instituit* uersus eosdem habes 859, initium 373. 447, 6 al.

1 *mans* primus editor 2 i. este

2024

paulisper | consiste u[iator.

CIL. III 14886[4] descr. et suppleuit Bulić Eng. 175 Salonis

2025*

Tu qui praete[riens titulum nunc per]|legis istum,
oro legas to[tum], ut discas bene uiuere semper.
. . . .|issimae nomen qui cum . . bona multos
quoque consu . . . . . . | inimicum feci mihi
[neminem

Rec. des notices de la soc. arch. de Constantine 1906 p. 411 ed. Hinglais Eng. 233 Announa praescriptum *M. Sittius M. f. qui Mar . . . se sibi suis m[on]imentum fecit . . . . . . Martialis . . . i. cu.*

1. 2 cf. supra n. 1640 elogium fere idem, fortasse patris 2 *to . . m ui* traditur 3 s. uix uersus sunt

2026

† Hunc [titulum nostrum] | si uis, cog[n]o[sce uia]|tor:
hic requie[scit] | uenerabilis fem[ina] | episcopa Q . . . | depos. in pace V . . . | † Olybrio.

CIL. XI 4339, Diehl lat. altchristl. Inschr. 85 fuit Interamnae incertae lectionis etiam *Olybrio* (annus 491 an 526?) praecessit hexameter expletus a Rossio (*nostrum* ego addidi), sequitur prosa oratio in metro exscriptum est *cogitor* aut *cog* tantum, cf. n. 1193

2027

Síc tibi quáe uotis | optáueris, omnia | cedant,
studiose | lector, ní uelís | titulum uiolare | meum.

Not. 1898 p. 479 descr. Brizio addiditque imaginem, CIL. XI 6842 Eng. 209 in cippo qui ex Rheno emersit Bononiensi fastigiato, supra rosae infra subulci ac porcorum specie ornato circa Flauiorum imp. tempora

2 *lector studiose* Martialis in hendecasyllabo 1, 1, 4. haec uerba commixta uidentur ex senario (*studiose lector, ni uelis uiolare opus* sim.) et pentametro uelut *ut titulum noles hunc uiolare meum* uel *hunc, lector, titulum ni uiolare uelis* *titúlum* Br. de quo imago facit ut dubitem. facilius huic crediderim incisum esse *léctor*

2028*

P]arce, precor, ... tumul . . . .

CIL. VI 24022 descr. de Rossi Eng. 210 Romae praescriptum *d. M. C. Pe*[*tronio*] *C. f. Pro*[*culo*] *uixit annis III dieb. XXIII C. Petroniu*[*s*] *Rogatus pa*[*ter* *p. p. cineri tumulum qui conspicis hospes* suppl. Cholodniak. idem initium 726, 1 Hor. carm. 4, 1, 2 Tib. 1, 8, 51 Ou. trist. 3, 11, 32 al.

2029*

. . n libi |
. . meratino |
o quem sua progen|ies Restuti forma de|pinxit
. . . . . lorem patr |

CIL. VIII 25358 contulit Merlin Carthagine, litteris saec. fere VI

2030*

Hoc sacer in [tumulo] | tegitur mod[o
at t

CIL. VI 34416 descr. Muenzer et Huelsen Eng. 179 Romae in Caelio cippi fragmentum marmorei litteris bonis

praecedit *d.* [*M.*] | *C. Ant*[*onius*] | *Phro*[*nimus*, inter *d.* et *M.* imago coronae fuit

1 *mod*[*eratus honestus* Eng. 2 *at t*[*u praeteriens resta et titulum lege, quaeso* Eng., sententiam fortasse recte assecutus

2031*

Hic situs .... finita luce [quiescit.

CIL. XIV 1865 descr. Dessau Eng. 198 Ostiae si suppletur nomen choriambicum uelut *Automedon*, plenus est hexameter

2032*

Sit tibi ter]ra leuis, iucunda t[ibi] requies sit.

CIL. VIII 9509 descr. Wilmanns Eng. 154 rep. Scherschel sequitur .. *echi et Plat* ... *atae sorori* ... [*u*]*ixit an. III m. I*

2033

Salue eter|nu(m) mihi Maxime frater
ete|rnumq(ue) uale.

Bull. du com. des trav. hist. 1907 p. CCXLIII descr. Hinglais et Monceaux Eng. 156 in opere musiuo uiciniae Cirtensis, saec. IV aut V ex Vergilio sumptum Aen. 11, 97 ubi est *maxime Palla.* hic nomen proprium esse *Maxime* Monc. statuit probabiliter sim. CIL. XIII 2058 De. 8126

2034*

et qui nascentur ab illis.

CIL. VI 13377 uidit Bormann, De. 8015 Romae rep., nunc Urbini antecedit *d. M. fatorum arbitris Aurelia Secunda se uiua fecit sibi et Aurelio Optato filio dulcissimo* ... *libertis libertabusque eorum et qui* eqs. Verg. Aen. 3, 98

2035

Effigiem ca[rae mihi con]|iugis, Albula l[ympha,] |
uoltus tu, dea, [nunc accipe uirgineos], |
quos ego descri[psi ra]|ro fulgente m[etallo] |
et compos uoti n[umi]|nis auxilio. |

fonti]bus ecce tuis pos[ui | laetus]que salute
co[niugis | . . . .] nymph[a . . .
. . . . . . eff . . . .

Not. 1902 p. 113 descr. Borsari, Engelm. Öst. Jahresh. 9, 1906 Beibl. p. 55, eph. epigr. IX p. 480 n. 927 Eng. 268 frg. tabulae marmoreae rep. ad aquas Albulas

1 fin. *l.* Bors. *p.* legit Engelm. supplens *p*[*ono puros quod*] *u. t. d.* [*restituis* 3 *pu*]*ro* Engelm. 4 suppl. Bors. 5 *pos*-[*ca*]*que salute co*[*orta* Engelm. 6 *nymph* Engelm., . . *mpu* Bors.

2036*

Heluius haec uoto suscepi munera diui |
constituique larem sedibus in patri(i)s. |
haec eadem coniunx mecum Faustina loca[uit |
undarum domino Nereidumque patri.

CIL. VIII 26492, nouu. arch. des miss. scient. 13, 1906 p. 151 descr. Poinssot, De. 3293 ex Carton découu. en Tunisie p. 159 n. 290 Thuggae praescriptum *C. H*[*el*]*uius Suauis et Ca*[*s*]|*sia Faustina coniunx eius* | *uotum soluerunt.* iuxta repertum est epistylium cum titulo *Neptuno Aug. sacr.* CIL. VIII 26491

2 Ou. trist. 1, 1, 34 *sedibus in patriis.* 1, 10, 40 *sedibus his profugos constituisse larem* 4 Ou. am. 2, 11, 36 *Nereidumque pater*

2037

Cum primum | ueni Monta|nis et numina | uidi,
deabus | uotum uoui, | ut potui pos|[u]i.

Cagnat reu. arch. 41, 1901 p. 352 n. 74 descr. Poinssot Eng. 269, De. 9275 Kutlowitzae in regione Montanensium Moesiae inferioris subsequitur *Mallia Aemiliana domo Roma frumento publico* (cf. P. W. VII 179) *cum filio suo M*(*arco*) *restituit*

1 *Montanis* pro *Montana,* quomodo mansiones stationesque locatiuo casu efferri solent *numia* trad. 2 *dis* poscebat metrum alterum hemistichium cf. n. 2089. 2113

2038*

Fa]ta Iouem superant id[
f]áta trahunt urbés s[

De. eph. epigr. IX p. 440 n. 763 ad ectypum Eng. 281 Praeneste rep. una cum titulis Fortunae Primigeniae dedicatis

1 cf. Verg. Aen. 12, 676, 2 Thes. l. l. VI 362, 84 *id[eoque ea summa uocantur,* 2 *s[eu bona siue mala* suppl. Engelm. Berl. phil. Woch. 1909 p. 542

2039

Cerne salutiferas sp[lendent]i marmore Baias,
qui calidos aest[us tan]gere quaeris aquis.
hic ubi Vulcano Ne[ptunus] certat amore,
nec necat unda f[ocum n]ec nocet ignis aquas.
gaude operi, Gebam[unde, tu]o, regalis origo,
deliciis sospes ute[re cum] populo.

CIL. VIII 25362 Tunete rep. in urbe non procul ab eo loco quo carm. epigr. 1754 inuentum est, huius ipsius carminis fragmentum Eng. 271, De. 8960, Diehl inscr. christ. 787 ineuntis saec. VI de eiusdem argumenti eiusdemque aetatis carminibus anthologiae (n. 210—214. 270—272. 377) monent editores, cf. Ziehen Philol. 63, 1904 p. 365

1 expleuit Gauckler, ad *Baias* cf. n. 1910, Thes. l. l. II 1684, 15 2 *mergere* prop. Engelm., *frangere* De., *tingere* alii *calidos aestus* Lucr. 1, 300 3 *Nerine* Huelsen 4 *faces* praefert Gauckler 5 *Gebamundiaco* idem. adloquio opus esse uidetur propter id quod sequitur *sospes.* Gebamundus (Γιβαμοῦνδον ἀνεψιὸν Gelimeri regis Vandalorum uocat Procopius Vand. 1, 10) aduersus Belisarium pugnans cecidit (Victor Tonn. ad a. 534 chron. min. II p. 198). *quae maior origo quam regalis erit?* Claudian. 29, 36

2040*

Cum mundum l[inqu]ens Dem[etria]s Am[nia uirgo]
cla[ud]eret extremum non morit[ura diem,]
hae]c tibi, pap[a L]eo, uotorum extrem[a suorum]
trad]idi[t, u]t sa[cra]e surgeret au[la] d[omus.]

m[a]nd[a]ti completa fides, sed glor[ia maior]
in]terius uotum [s]oluere quam propa[lam.
in[dide]rat culm[e]n Step[hanus], qui primus in or[be
ra]ptus mor[te tr]uci regn[a]t in arc[e poli.
pr]aesulis ha[nc iuss]u Tigrinus p[resbyter aulam
excolit ins[om]nis mente labo[re uigens.]

De. 8988, Diels inscr. christ. 1765 Romae ad uiam Latinam in ruderibus ecclesiae S. Stephano dedicatae suppleuit Garrucci storia dell' arte crist. I p. 512

Leo papa sedit a. 440—461. *huius temporibus fecit Demetria ancilla dei basilicam S. Stephano uia Latina, mil. III in praedio suo* lib. pontif. 47, fuit filia Olybrii consulis a. 395

2041

Miretur uetus ord]o deum, c[h]o[rus] Atl[an]t[eu]s,
hoc opus ut cel]sum tollit [i]n a[st]ra capu[t],
excipere hoc imbrem] saturu[m] mu[nim]i[n]e i[us]sum.
set tecti supera]t culmina materies:
marmorea noua sic ex]structa est fabrica mole
. . . .

CIL. VIII 24658 Carthagine in colle qui uocatur odei inuenta fragmenta diligenter ac laboriose concinnarunt Gauckler et Merlin summam carminis redintegrare uolui nulla mutata littera ex eis quas traditas accepi, in primis u. 3 reformandus in melius. extant praeterea frustula uersuum quinque

1 post *odeum* apparuit *g* littera 2 alterum hemistichium restituit Merlin *in astra* cf. Thes. l. l. II 973, 24 3 *mu . . . ti . e* sed incerta *t* fertur 5 *fabrica mole* etiam carm. epigr. 1911, 2

2042

† ecce do[mus] d(omi)ni que ducit [ad atria celi:
cordibus afflict]i hu(c) prope|rati uiri.
ga[udi]a pro lucto r[eferet letusque redibit,
fuderit] hic tristis | qui lagri[mando] prece[s.
quattuor in titulis constat hec i]anua templi.

Reu. arch. 32, 1898 p. 282 descr. quod superest Albanes et Jullian, Rossi inscr. christ. II p. 256 Belcodène prope Massiliam tres isti fuere in lapide uersus, quos excipiunt alii duo: † *hoc opus b*[*asilice* . . . . *Clau*]*dius proprio su*[*mptu fecit: pax in*]*tro euntibus,* | *pax egre*[*dientibus*] . . . *pars* . . . [*tem*]*pli condidit*

Metra quinque sumpta sunt ab Eugenio Toletano (carm. 12 MG. auct. ant. 14 p. 242 Vollmer), qui inscribi ea uoluit *in basilica SFelicis quae est in Tatanesio* (ubi recte trad. 2 *properate* et 3 *luctu*)

2043

Hoc itere inuis[es sanctorum corpora fratrum,
sed tituli ing[rediens perlege uerba prius.
eximium uitae t[ulerunt qui sanguine fructum,
martyribus [sunt haec templa sacrata piis.
hinc iter ad [caelum fecerunt, cum sua saeuis
horren[disque darent corpora suppliciis.

Misit Huelsen qui inuenit lapidem, idem supplementa uel ista dedit uel similia uia Portuensi ad quintum miliarium ubi coemeterium est Generosae. litteras saeculo VI adsignat Huelsen, incisas fortasse esse cum Vigilius papa uiolata a Gothis martyrum sepulcra restitueret (carm. epigr. 917)

2044

. . . . ena
ra nitent
tendat
qu]a duce per lucem [plebs fe]rat ampla Petri.

Bull. Dalm. 1906 p. 167 ed. Bulić Salonis fragmenta dispersa epigrammatis ad basilicam christianam et Petrum episcopum (a. 554—562?) spectantis

in ista uocabula syllabasue certum est exiisse disticha, ad u. 1 ut supremum pertinuisse etiam has litteras *quisqu*]*is es,* fortasse etiam has *h*]*ic iam f.* reliqua fragmenta sunt *i Petri* | *e sacr* et *loci* |. *lumine i* et *nuaii*|*er quam,* quae quibus uersuum locis inserenda sint non liquet

1 *ser*]*ena* Bulić, *ahena, plena*? 2 licet componere *lumine pura* an *cornua clara nitent*? an *aera nitent*? 3 quoniam *tendat* et quae in 4 collocaui cohaesisse antiquitus certum est,

finxi talia *aed*]*e sacr*[*a p*]*er quam* [*gressum ad caelestia*] *tendat,* [*qu*]*a duce* eqs. in propinquo columnis capitulisue incisum quinquies monogramma nominis *Petrus* legebatur

2045

Diuersi diuersa patres: s[et hic] | omnia dixit
Romano eloqu[io] | mystica sensa tonans.

Ph. Lauer mél. d'arch. et d'hist. 20, 1900 p. 279, not. 1900 p. 218 ed. Marucchi Eng. 275, Diehl inscr. christ. 1595 Romae in sanctuario Lateranensi subscriptum picturae hominis calui imberbis togati sedentis in cathedra librum tenentis euolutum in pulpito. tam pictura quam scriptura saeculo adtribuitur V aut VI, dubitatur an pertineat ad Augustinum praecedit crucis signum

1 *set hic* scripsi secundum Vergili prosodiam *hic uir hic est: iste* Lauer qui *s* ut male geminatam expungit, eumque secutus Marucchi qui interceptam inter duas *s* literam denotat 2 *mysticassensa* paries *mystica dicta docens* carm. epigr. 1842, 2. cf. 2100, 4 *tona eloquio* Verg. Aen. 11, 383. *Romani maximus auctor Tullius eloquii* Lucan. 7, 62. cf. Prud. Symm. 1, 633 Augustin. doctr. christ. 4, 34

2046

Ius ad iustitiam reuocare aequmque tueri
Dalmatio lex est, quam dedit alma Fides.
bis sex scripta tenet praetorisque omne uolumen
doctus et a sanctis condita principibus.
hic idem interpres legum legumque minister
quam prudens callet tam bonus exequitur.
multis pro meritis, Valeri, iustissime rector,
multis pro meritis haec stat imago tibi,
quam positi longe testantes publica uota
usque procul patriae mittimus in gremium.
hinc praefecturae summos uen(e)ramur honores,
hoc te gaudentes omine prosequimur.
quisquis scire uolet, quorum celebreris amore,
ille hoc indicium sumserit ex titulo:

Dalmatio posuit prouincia Lugdunensis
tertia patrono grata clienta suo.

Acta acad. Berolinensis a. 1902 p. 836, descripsit imaginemque adiecit et commentariolum Mommsen, in eiusdem opusculis uol. II p. 150 Eng. 270, Bruns fontes iuris R. antiqui [7] p. 327, De. 8987 tabula aerea reperta in uilla sita prope Magyar Boly inter Mursam et Sopianas Pannoniae, quae Val. Dalmatio fuisse uidetur patria. tam litteratura aeris quam rectae a Dalmatio nomen prouinciae, cuius metropolis ciuitas Turonensis erat, exitum ostendit saeculi quarti aut initia quinti, cf. carm. epigr. 329

2 *o Fides alma* Ennius trag. 410 V., *alma fides* Sil. 6, 132. Stat. Theb. 11, 98. carm. epigr. 1533, 8, in pentametri exitu 1376, 10. 1445, 2, Ps. Damas. 99, 6 Ihm. 3 tenet et uetera iura (duodecim tabularum quae audacter *XII scripta* uocantur et praetorium ius) et noua (constitutionum) 5 *interpres legum* Iuuen. 4, 79 9 *publica uota* cf. ad n. 2099, 10 11 *uenramur* incisum est. apparet Dalmatium postquam Lugdunensem istam prouinciam administrauit, promotum esse ad honores praefecturae certiore uocabulo nullo designatae 16 Ausonii parent. 24, 11 *correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal praebuit adfectans esse clienta tibi* contulit Mommsen

2047*

Dum fretum Hesperios | inter Siculosque relabans |
miscebit tortis aequora gur|gitibus,
semper honos no|menque tuum laudesque manebunt.

Not. 1915 p. 32, bull. com. 1915 p. 47 descr. Putorti Regii in margine cippi *Fl. Zenodoro u. c. uita,* subscriptum *Fl. Hadriano Hierio Zenodoro u. c. corr. Luc. et Brytt. ordo populosque Reginorum ad sempiternam memoriam eius posuerunt.* Zenodorus corrector Lucaniae et Brittiorum a. 401 ex epistulis Symmachi notus (p. CLXVIII Seeck)

imitatio Vergiliana (Aen. 1, 607, ecl. 5, 76) in lapidibus saepius occurrit (1786. 598, 1. Damas. 30, 4). *relabans* lapis, *relabens* in fine hexametri Aen. 10, 307 cf. ad n. 2083

2048

Quae paruís máter nátis alimenta | parabat,
Fortuna in patriós uertit | iníqua cibos.

aeuo dignum opus est: | tenuí ceruíce seniles
as[pice, ia]m | uenae lacte [replente tument.
admoto]q(ue) | simul uoltu friat ipsa Miconem
Peró: | tristis inest cum píetáte pudor.

CIL. IV 6635 descr. Mau et Sogliano, qui imaginem dedit in memorie dei Lincei cl. mor. ser. 5 uol. VIII Eng. 279 Pompeis in regionis V insula IV albis litteris inscriptum in angulo superiore sinistro quadratae tabulae pictae, quae carcere inclusum senem repraesentat lac sugentem mammae muliebris. nomina seni humi strato et puellae in margine adscripta sunt item albo colore *Micon* et *Pero,* cf. Hygini fab. 254 et Val. Max. 5, 4 ext. 1, qui *stupent* inquit *hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem uident.* figurae ita laesae sunt, ut caput senis et ipsa frictio non appareant. carmen difficile lectu est et duobus locis plane detritum. Pompeis id esse factum credere noli, immo ex sylloge carminum artificia demonstrantium repetitum puto

3 *aeuo* legit Mau, *s*]*ane* Wick, idem *dignum opus est* scriptum esse uidit 4 *asp*[*ice* inuenit Engelm. addiditque *quam, aspice iam* Mau, *aspice iam ut* Wick qui *ut* in fine uersus sibi agnoscere uisus est, restare inter *aspice* et *ut* fere trium litterarum spatium. mihi neque synaloephe haec placet neque *aspice* et *iam* uocabulorum societas *re* aut *m* post *lacte* legerunt Sogl. et Mau, sed reliquias potius *re* suadere ait Mau, melius esse *m* legere Wick et ex scripturae uestigiis expiscari *mea*[*nte micant* 5 *admotoq.* Wick, *incertoq.* Mau, *languentemq.* prius posueram mus. Rhen. 56, 1901 p. 156 *friat* paries ut uidetur, quod Mau defendere conatur: *fricat* Sogl. 6 *tristis* praestat ad pudorem referre, cf. Val. Fl. 2, 470 *tristique oculos deiecta pudore*

2049*

Glauce[n u]ectat | equs tra[mi]ttens | aequora [n]ando, |
quippe u[ehi remis] | copia nu[lla datur].

Not. 1919 p. 77 descr. Calza Ostiae in tabula fracta sequitur *Fl. Octabi*[*us*] *u. c. praef. a*[*nn*(*onae*)] *curaui*[*t* subscriptus titulus erat imagini nunc deperditae Glauces Nereidis equo marino uectae, ut recte monet, qui suppleuit, Armini conl. epigr. p. 33 2 *u*[*ecturae*] *copia nu*[*minibus*] Rostowzew not. 1923 p. 411

2050*

Caesaris Augusti femina mater erat.

CIL. IV 6893 descr. Mau Eng. 278 Boscotrecase graphio scriptum de Liuia Augusti uxore, Drusi matre?

2051*

Aedilem Proculam cunctorum turba probauit.
hoc pudor ingenuus postulat et pietas.

CIL. IV 7065 descr. Mau Eng. 276 Pompeis in aedibus reg. V ins., quae primae a septentrione adiacet, graphio scriptum, eiusdem carminis frustula leguntur ibidem (CIL. IV 7066)

P. Paquius Proculus saepe nominatur in programmatis Pompeianis et ab omnibus Pompeianis factus esse dicitur CIL. IV 1122 1 *Proculam* nisi errore scriptum est, maligne dictum de pathico (Zottoli rendic. dei Lincei, class. moral. 17, 1908 p. 555, atti dell' acc. di arch. di Napoli 1, 1908 p. 205) post *Pr*. litterae *cr* erasae sunt 2 *pudor* u. n. 2052, 1 *p. ingenuus* Catull. 61, 79. Prop. 2, 24, 4. Iuu. 11, 154, cf. Sen. Phaedr. 250. Plin. nat. praef. 21

2052

Sí pudor in uítá quicquam prodesse putatur,
Lucretius hic Fronto dignus honore bono est.

CIL. IV 6626 descr. Mau Eng. 277, De. 6422[b] Pompeis reg. V ins. III in muro pictum colore rubro

1 cf. carm. epigr. 1117, 1 *si pietas prodest quiquam* et 2051 2 in eodem uico plura programmata reperta sunt, quibus M. Lucretius Fronto magistratus ut fiat rogatur

2053*

Si qua uerecunde uiuenti gloria danda est,
huic iuueni debet gloria digna dari.

Not. 1911 p. 427 descr. della Corte Pompeis reg. I ins. VII pictum antecedit *C. Cuspium aed.* C. Cuspius Pansa saepe in programmatis laudatur

1 cf. Catull. 76, 1

2054*

Utere blanditiis] odiosaque iurgia differ,
si potes, aut gressus ad tua tecta refer.
Lasciuos uoltus et blandos aufer ocellos
coniuge ab alterius, sit tibi in ore pudor.
Abluat unda pedes, puer et detergeat udos:
mappa torum uelet, lintea nostra caue.

Della Corte i nuoui scaui, Napoli 1924 p. 31, Lamer Hum. Gymn. 1924 p. 165, 1925 p. 87 Pompeis reg. III ins. IV in cella uinaria picta praecepta cauponis

1 suppl. Wick

2055*

Hic fuimus cari duo nos sine fine sodales.
nomina si [quaeris, Caius et Aulus erant.

Not. 1912 p. 147 descr. della Corte Pompeis reg. I ins. VIII graphio scriptum suppleuit Armini conl. epigr. p. 32

2056*

Quisquis amat nigra(m), nigris carbonibus ardet;
nigra(m) cum uideo, mora libenter aedeo.

CIL. IV 6892 descr. Mau Eng. 283 Boscotrecase graphio scriptum *aedeo* i. edo scripsit haec aliquis, quem sicuti poetam carminis n. 354 candida docuit nigras odisse puellas. talis enim sententia uidetur: qui amat nigram puellam, nullum sentit ardorem (nam nigri carbones sunt mortui, non feruidi); ego cum nigram uideo, mora edere soleo (de usu mori in medicina Plin. nat. 23, 134 s.). alii aliter interpretati sunt, cf. Eng. et Tolkiehn Burs. Jahresb. 158, 1912 p. 92. 171, 1915 p. 88

2057*

Si quis non uidi(t) Venerem, quam pin[xit Apelles,
pupa(m) mea(m) aspiciat: talis et [illa nitet.

CIL. IV 6842 descr. Mau, qui suppleuit Roem. Mitt. 23, 1908 p. 263 Eng. 285 Pompeis reg. VI ins. XVI scariphatum

2058*

Hic ego cum domina resoluto clune | [p]er[e]gi
. . . . . duersu . . . . scribere [turp]e fuit.

Not. 1922 p. 485 descr. della Corte Pompeis in uilla rustica graphio scriptum

1 *hic ego cum domina re* bis scriptum 2 incertae lectionis

2059*

Sic tibi contingat semper florere, Sabina,
contingat | forma(e) sisque puella diu.

Not. 1916 p. 286 descr. della Corte Pompeis ante portam Vesuuii, in monumento Septumiae graphio scriptum primum sic legit Spano not. 1910 p. 407: *contineat s. fl. S. contineat | formae sisque,* unde uaria temptauerunt uiri docti (Eng. 284, Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 216, Heraeus Herm. 48, 1913 p. 453). ueram lectionem fere diuinauit Huelsen symb. litt. in honorem de Petra (1911) p. 174 *sic tibi contingat* incipit carm. epigr. 1067

2060*

Venimus hoc cupidi, multo magis ire cupimus,
ut liceat nostros uisere, Roma, Lares.

ex CIL. IV 1227 (= carm. epigr. 928). 2995 c. add. p. 704. 6697 restituit Bormann in Erano Vindobonensi (1909) p. 309 Pompeis in 6697 cum Paribeni not. 1902 p. 212 legisset *u. h. c. multo malo irecuietus,* temptauit Bue. Glottae uol. I 1909 p. 9 *multo malo ire (q)uietus* (inde Eng. 458) ad idem distichum pertinent fortasse *Roma* et *uenimus* scariphata Pompeis not. 1911 p. 430 n. 58. 59

1 *huc, hire,* om. *cupimus* 1227 *cupímus* 2995 2 non habent 2995. 6697

2061*

Quo bibet . . . ossa [c]inisque tegunt.

CIL. IV 6825 descr. et delineauit Mau Eng. 280 Pompeis reg. VI ins. XVI in pariete atrii scariphatum ‘secundam partem prioris hemistichii non potui legere, qua absconditur fortasse nomen proprium’ Sogliano, qui prima uerba interpretatur *ubi bibit* tangique terrae motum a. 63 aut interitum a. 79 putat. *pelexs* ex delineatione legit Eng., quod *felix* intellegit Heraeus Herm. 48, 1913 p. 453. *quo uiuet pelex?* Armini conl. epigr. p. 32, alia Engelmann Phil. Woch. 1908 p. 382

2062*

. . . . . dolete puellae
pedi|[cat] . . . . cunne superbe ua[le.

CIL. IV 3932 descr. Mau Eng. 286 Pompeis in aedibus reg. I ins. II carbone scriptus titulus lectu difficillimus nunc euanuit distichum sequebantur alia, quae non uidentur metrica

2063*

Pompeis distichorum uestigia accesserunt haec: CIL. IV 4659 *quisquis amat pereat* (sim. 4663. 5186). 6782 *quis amat ualeat.* not. 1913 p. 147 *quisquis amat ualeat pereat* (cf. carm. epigr. 945 ss., Eng. 149. 150)

2064*

Tu qui ducis uul|tus et non legi[s] | ista libenter,
om|[ni]bus inuideas, | liuide, nemo tibi.

Heraeus Herm. 48, 1913 p. 450 restituit ex Martiale 1, 40 titulum a Monceaux rec. des notices de la soc. arch. de Constantine 1908 p. 220 (inde Eng. 108) editum tali ordine: *tu qui ducis mul[ta] | [laudi]bus inuideas | fuge (e)t non lege | liuide, nemo tibi | ista libenter o[b]it,* paulo accuratius Guenin nouu. arch. des miss. scient. 17, 1909 p. 136 erat scil. distichon sic scriptum, ut pentametri partes interponerentur hexametro tripartito diuiso rep. Henchir Zoura in latere sinistro legitur *in deo semper | uictoriam inibant.* inter utrumque titulum monogramma Christi, saec. fere VI. Diehl inscr. christ. 1627

1 *tu* deest apud Mart.

2065

Inuide, qui | spectas, he|c tibi poen|a manet.

Huelsen Roem. Mitt. 19, 1904 p. 152 Eng. 282 Saturniae rep. lapis supra fractus praecedit . . . *s]tatio loc.* | *felix* | *[T]utela Her|[c]ules Fides* | *Fortuna* | *hic* | supra fuisse fascini signum, hanc significari poenam bene coniecit H., cf. Britannicum titulum eph. epigr. 3 p. 137 n. 111 *inuidiosis mentula(m)*, Africanum Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 3709 *inuide i(n) f(aciem)*. CIL. III 14599[1] (Eng. 138). carm. epigr. 1928

uerba quae in pentametrum composita sunt, haud ita raro leguntur (Tib. 1, 8, 77 *at te poena manet,* Priap. 13 *furem tertia poena manet*)

2066

inuide, uiue uide

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 864 Henchir-el-Hammam, subscriptum duorum phallorum imaginibus pentametri

hemistichium cf. n. 1928 et titulos nouu. arch. des miss. scient. 17, 1909 p. 180 (Henchir-Redir-El-Fras) *inuide* | *uiue et ui*|*de, u*[*t*] *plur*|*a po*[*ss*]*is ui*|*der*(*e*), Gsell n. 113 *in*(*uid*)*e uiue et uide*

2067*

Ex ofi|cina Fer|roni. felix ut iste lego.

CIL. XIII 3062 a prioribus Eng. 287 Autrici (Chartres) opus musiuum, in clipeo ista leguntur 'clausula pentametri' CIL. item pentametri partem habes in poculo uitreo Remis (De. 8610) *a me, dulcis amica, bibe*

2068*

Hóc quícumque legis tituló rogó carmen, amice,
perlege: sic uitae commoda multa ferás.
Sentius hic iaceo, Pietas cognomine dictus,
praereptusque patrí flore uigente meo.
artibus ingenuis, studió fórmatus honestó,
inter et aequales gratus amóre fuí.
duodeuigintí natalés ní numerarem,
surrupuit menses tres mihi luna suós.

Not. 1913 p. 361 descr. Giglioli Carsulis, litteris saec. I med. antecedit *L. Sentius L.* (*mul.*) *lib. Lucrio sibi et Pontiae L. f. Proculae ux*(*ori*) *et L. Sentio L. f. Pietati uix*(*it*) *ann. XVII m. IX die. VII et Speratae libert. nutrici fili,* cui adscriptum *u*(*iuit*). sequitur *in fro. p. XIIII in agr. p. XII*

3 exitus Verg. Aen. 3, 702. carm. epigr. 575, 2. 682, 4 5 idem initium Ou. Pont. 1, 6, 7. 2, 7, 47. carm. epigr. 1167, 1 6 in laude Pisonis 131 *inter ut* (*et* P) *aequales* 7 *ni* pro ne numerus hexametrum turbat

2069*

Lect]or, fle casum meum | [ad]us[que est flere uoluptas.]|
ui]x aedilis [eram], diebus | [nempe] XXX,
m]e [ni|gra mo]rs rapuit et tu|[mula]u[it] a[mo]r.

Bol. de la real acad. de la hist. 51, 1907 p. 488 ed. Fita Eng. 326 Pugol agri Saguntini praescriptum *Vale*]*rius L. f. Mar*[*cell*]*us an. XXIX h. s. e.* sequitur *uale*

1 ex Ou. trist. 4, 3, 37 *fleque meos casus! est quaedam flere uoluptas* suppl. Fita

2070

Non dum bis denos annus conpleuerat annos,
tristia praetulerunt cum mihi fata necem.
discit[e] mortales in spem non uiuere longam:
úti quod uoluit tempore, tempus abet.

CIL. VI 33395 descr. Gatti, contulit Wilson Am. journ. of phil. 1910 p. 40 Eng. 307 Romae uia Salaria in columbario Cestilii Pini eiusque familiae tabella marmorea, nunc Baltimore (Johns Hopkins) praescriptum *Ephyre Cestiliaes uestispica Pini lib.*, a dextra adhaeret *Cestilia* (*mul.*) *l. Chreste uestispica Pini lib.*

1 idem u. 1132, 1 et 2125, ubi recte *aetas*, non *annus*, uitium idem 965, 11 3 *disciti* lapis 4 quod in tempore uti uoluit, iam ipsum habetur a tempore. sperans enim libertatem opes nescio quid aliud et laborans occiderat. *uolui* magis conueniebat cum *mihi* u. 2, at *uoluit*, litteris *i* et *t* ligatis, scriptum esse, non *uoluí* testatur Wilson. *longam, uti quod volvit tempore; tempus abit* ita legerunt Huelsen et Wilson, interpretati quasi *volvitur*. Leo mél. Boissier p. 359 exposuit 'tempus eo tempore quod volvit uti potest,' Lundström Erani uol. 13, 1913 p. 6 'utere tempore ut libet: tempus abit'. at *uoluit* est ἐβούλετο; *quod* more uetere adponitur ad *uti* loco ablatiui, cf. carm. epigr. 965, 10 *ut*[*i*] *quae uolui tempore, tempus habet*

2071*

Speraui do[lor heu uitam producere longam,
nil mihi post] fine(m) est: nil uolo, nil cupio.

Bull. du comité des trau. hist. 1909 p. III ed. Ballu Eng. 322, qui suppleuit Thamugadi praescriptum . . . *e eius Cornelia Valentin*[*a . . . .*]*e dulcissimae fecit cui u . . . . . . os adiecit*

2072*

Hic sita quam subito rapuit miserabile fu]nus,
inuidiam fati non poteram effuge]re.
bis denos annos compleuit lucib]us aetas,
cum mea dat flammae iam rogus os]sa suae.

supremum hoc soluit coniunx mihi] munus amanti.
te rogo qui trans]is: sit tibi cura mei.

Not. 1912 p. 45 n. 15 descr. Mancini Romae ad uiam Salariam rep. tabulae marmoreae fragmentum suppl. Armini conl. epigr. p. 20

5 *m. a.* Verg. Aen. 6, 526 cf. carm. epigr. **1141, 23** 6 cf. Ou. epist. **13, 166** *si tibi cura mei, sit tibi cura tui.* trist. 5, **2, 34.** carm. epigr. 1080, 4. 1443 B 5, cf. 965, 3

2073

a quidem iu
na peremit
atris con
ua rogis

CIL. III 12552 ad ectypum rep. Mikháza Daciae oppido

1—4 distichon tale *me non dign]a quidem iu|[uenem fortu]na peremit,* | *[sed iaceo m]atris con|[dita par]ua rogis*, sequitur .... *et Aur. Iuli* | ..... *h. s. uix. ann.* | .... *iula mater*

2074

ris
o
e mansı
is

CIL. VIII 21357 descr. Schmidt Eng. 182 Caesareae fortasse exitus distichorum *hic deniq. mansi, sit tibi terra leuis*

2075*

Viue deo, dum fata sinunt, nam curua senectus
te rapit et Ditis ianua nigra uocat.

Suppl. papers of the Am. school in Rome 2, 1908 p. 296 Eng. 310, Diehl lat. altchristl. Inschr. 342 Capuae

1 *dum fata sinunt* Tib. 1,1,69 Stat. Theb. 10, 216 *curua senectus* carm. epigr. 509, 2 *c. senecta* Ou. ars 2, 670 Lygd. **5, 16** 2 *ianua nigra* Prop. 4, 11, 2 *atri ianua Ditis* Verg. Aen. 6, 127

2076

Sum Titus | hic ecce | Crescens | Vesdrunus | ipse.
ossa | reliquias | urceo tec|ta mea
ser|uat turricu|la facta se|pulchri ui|ce.

CIL. VIII 23852 ad ectypum Eng. 331 in regione Biracsaccarensium prou. procos. rep. cippus praecedit *d. M. s.*, subsequitur *p(ius) u(ixit) a. LXXVII, Felix filius fecit*

u. 1 quasi hexameter, 2 et 3 quasi pentametri coniugati more Trimalchionis (Petron. 34. 55) 1 quaerendum ne *Vesdrunius* insculptum sit nexu litterarum. effigies Crescentis adfuisse in sepulcro uidetur 2 *mea* CIL., *meas* bull. du comité 1903 p. 560 3 cippus erat turriculae similis, super quam eminet urna cineraria. urceum autem et turriculam siue pyrgiscum uiuos lusibus adhibuisse memento

2077*

Hic reliciae | Pelopis: sit | tibi terra | lebis.

CIL. VI 4999 recogn. Gatti Eng. 292 Romae in monumento inter uiam Appiam et Latinam, temporibus Tiberii et Claudii Augustorum tolle *hic*, est pentameter

2078

Tam bene reliquias n(ostras) hoc ui[le sepulcrum
condet et haec] n(ostris) Manibus aedis erit,
quam ben[e caelum animus petit et pul]cherrimus ille
clarificat Man[es perpetuusque dies.

CIL. VI 35554, Not. 1899 p. 336 descr. Gatti Eng. 300 Romae rep. ad sacram uiam prope basilicam Constantini adhaeret carmen minutis litteris scriptum huic titulo: *d.* [*M.*] | *C. Iulius Facu*[*ndus et Iu*]|*lia Chrysopo*[*lis Primi*]|*tiuo coniugi* [*et patri*] | *q*(*ui*) *u*(*ixit*) *a. XL et sibi f*[*ecerunt*] | *et suis et lib. lib*[*ertabusq. pos*]|*terisq. eorum.* litterae arcuatim flexae et intortae tertii et quarti saeculi confinia produnt

1 et 2 $\bar{n}$ lapis 4 aeternam lucem dici puto. an *mundus in astra uehens, sidereusque polus, sol sine fine micans, ignis inoccidwus*?

2079*

Mater cum gnata | [i]aceo miserabile | fato,
qua[s] | pura et una dies detul[i]t ad | cinere[s.]

Comptes rend. de l'ac. 1908 p. 496 ss. c. imag., bull. arch. du comité 1908 p. CLVI descr. Thiers et Héron de Villefosse Eng. 306 Narbone rep. stele antecedit sub imagine molae *M. Careieus M. f. Asisabisio uiuos sibi fecit et Careie* (sic) *Nigellae et Careieae M. f. Tertiae* [*an*]*nor. VI*

1 *mis. f.* carm. epigr. 1568, 2. 1611, 4. 1813, 4 2 idem exitus carm. epigr. 1053, 2. 1157, 4 cf. 583, 3 *pura* argute dictum pro eo quod dici solet *atra dies* (Armini conl. epigr. p. 26). *pure una dies* i. una sola dies interpretatur Lundström Eranos 14, 1914 p. 169

2080*

Nysea de stirpe meum Cornubia partum
uindicat, Hilarius iam tenet ossa sacer.
per Sporades Gallosque pium comitata maritum
deferor huc, uisa est sors mihi nulla grauis.
uiximus unanimes et prima prole beati,
in mundum duplici morte secunda uenit.
pignora diuidimus: comitatur me morientem
mortua, solatur filia prima patrem.

Millin magazin encycl. 1814, 3 p. 390 Jersey rep. in ecclesia S. Hilarii

1 *Nysa* oppidum Cariae propter u. 3 uidetur intellegendum, fertur *enysea*, fort. adpictum erat signum crucis *Cornubia* nomen oppidi uidetur cohaerere cum Cornouiis, gente Britanniae meridionalis (P. W. IV 1247, 50) 2 *Hillarius* fertur 6 scil. mulier in secundo puerperio mortua est una cum filiola recens nata

2081*

. . . ae]tátis paruae me apstulit illa di[es.
. . . ii apstulit átra dies.
del]icium secum habet illa dies.
. . horae fatus et illa dies

tristi fune]re ego hic iaceo
co]rporis officium.

Bull. com. 43, 1915 p. 308 descr. Cantarelli, not. 1916 p. 109 Romae inter uias Salariam et Pincianam antecedit ...*Auonia Prepusa ui[xit*..... | ...*qu]iescit coniux an. XX* hexametri uidentur extitisse in parte deperdita

2 ex Verg. Aen. 6, 429 in pentametro etiam carm. epigr. 1262, 4. cf. 1036, 2. 1385, 12

2082*

S]iste uiator iter ṃ[eaque aspice fata] | sepulcro
et lege qu[am indigne sit data uita mihi.]
abs]|tulit atra d(i)es et in[iquo funere mersit.]

Not. 1913 p. 140 descr. Vaglieri Ostiae litteris rudibus neglegenter incisum antecedit *d. [M.*, sequitur .... | *mensibus IIII d. V m*..... | *uale Maritnus* (sic) *d*.... | .... *Martin*.....

1 idem initium carm. epigr. 1122, 3. 1193. 1195. 1212. 1309. 1451, 2 (*siste gradum, s. iter* nouum est) in fine *a* legit Vagl., suppl. Armini conl. epigr. p. 24 2 suppletum ex carm. epigr. 1083. 1084. 1539 ss., sim. 1007; potest etiam aliud poni (*et lege quod nomen hic titulus teneat* 1218, 2) 3 locutio Vergiliana paulum immutata

iisdem uerbis *siste uiator iter*..... | *et lege*... incipit titulus mausolei prope uicum Bulgariae Ladschane effossi, de quo rettulit Filow arch. Anz. 1913 p. 356

2083*

Tu qui tendis iter propera]tim, siste parumper,
si graue non animost, fataq]ue acerba lege.
proces]sit in annos

icus
iens
ta

Not. 1907 p. 128 n. 5 descr. Vaglieri, eph. epigr. IX p. 390 n. 631 descr. De. Eng. 305 apud Lauinates fragmentum marmoris, praescriptum .... *Anicetus*

1 *siste parumper* Ou. am. 3, 6, 2 1 ss. suppleti ex carm. epigr. 1537 (ubi u. 3 *ter senos aetas mea cum processit in a.*) inter u. 3 et 4 unus u. litteris uacat u. 4—6 eodem modo compositi quo 1—3, scil. pentameter singulis circumdatus hexametris, cf. 1089 ss. 1292. 1328. 2047. 2082

2084*

. . . . e perempt[us
. . . a leges.

CIL. VIII 21350 ad ectypum Caesareae Mauretaniae fragmentum marmoris

1 aut *mort*]*e* (Verg. Aen. 6, 163) aut *clad*]*e* (carm. epigr. 1281) 2 fort. pentameter . . *qui mea fat*]*a leges*

2085*

is harena [tegit
us erat iuuen[alibus annis
Thisifone r[apuit
. . . .

CIL. XI 7018 descripsit Bormann Lunae tabulae marmoreae fragmenta duo in u. 4 non nisi incerta uestigia possunt dignosci

2 *iuuenalibus annis* Ou. fast. 5, 273. met. 8, 632. carm. epigr. 654, 5

2086*

Condidit ossa boni conseru]í Malcio lecta,
qui numquam domini defu]it of(f)icio.

CIL. VI 1868 descr. Henzen marmorea tabella reposita in museo Lateranensi

2 suppl. Henzen

2087*

Habrus quas potuit, carissime d[ulcis amice,
pauper et exiguus reddidit infer[ias.

CIL. VIII 23264 ad ectypum Eng. 293 Ammaedarae praecedit *Epi*[*thy*]*m*[*etus* | *S*]*er. Corneli Cethe*[*gi*] *pro cos. ser*(*uus*) *hic sit*[*us est*] | *uixit ann. X*... hic Cethegus consul fuerat a. 24

1 *Habrus* potius quam *Fabrus* in lapide esse uidetur suppl. De., *d[ebito honore* Eng.

2088

. . . . ator
us
us
. ṭi deós
e amíce
que paréns
ṛina pudorq.
cipíque suo
díuosq. precatur
ter]ra cinisque leuis.

CIL. VI 36657 a descr. Gatti Eng. 321 Romae uia Ostiensi exaduersum basilicam S. Pauli rep. fragmentum urnae cinerariae marmoreae subscriptum *uixit ann*. . .] *III sine fraude*

1 *consiste uiator*? 4 laesane uetere prosodia talis exitus *qui coluisti deos*? 7 ss. uelut *tecum doctrina pudorq. iam perit, at socio municipiq. suo hunc Dorus titulum posuit diuosq. precatur ut sit defuncto terra cinisq. leuis* *doctrina p.* carm. epigr. 483, 1

2089*

. . . . . quantus amor
. . . . . um merito
. . . . potui.

Bull. com. 43, 1915 p. 311 descr. Cantarelli, not. 1916 p. 99 Romae inter uias Salariam et Pincianam antecedit . . .*licius* | . . . .*Silani disp*(*ensator*) uidentur fragmenta distichorum, quorum hexametri perierunt

3 cf. 1086, 10 *de mea pauperie feci uti* [*potui*, sim. 1042, 2. 1087, 4. 2037.

2090*

Exemplum Matro|na sita est, qua | fama loquetur |
sanctius et me|lius non potuisse | dari.

Guénin nouu. arch. des miss. scient. 17, 1909 p. 107 Henchir-Blilia *fama loquetur* Sen. Herc. Oet. 206. carm. epigr. 437, 14

2091

Hic es]t ille situs, quei | [quali]s amícus amíco |
quaqu]e fide fuerit, mors | [fuit] indicio.

CIL. VI 33575, bull. com. 27, 1899 p. 154 n. 64 descr. Gatti et suppleuit ex carm. epigr. 999 et 1000 Romae extra portam Salariam rep. tabula marmorea praescriptum habet nomen..... *inius L. l. Gamus,* adiectum disticho *u(ixit) a. XXXXIV*

2092

Sit grata | requies, quem pia | qura tegit.
ospes | qui casus legisti | nostros,
et precor | ut dicas 'sit tibi, | R[h]odine, tera | leuis.'

CIL. XIII 11889 descr. Finke Eng. 373 Moguntiaci in lapide fastigiato ornato rosa fasciolisque praescriptum *Rodine Pole|ntina ano(rum) XX | qum natis II | h. s. e. C. Rulius C. (filius) | Poli(a) Polentia | Rodine ancilae | suae et natis II | pos(uit)* nulla est geminatio consonantis, nulla *h*, nulla *c* ante *u* scripta, sed *qum, qura,* qualia ex antiqua consuetudine aut disciplina fluxerunt, praeterea nullum ciui Pollentino cognomen: itaque tempus carminis non multo post Drusum et Tiberium. carmen mutilatum et interpolatum utpote aliunde sumptum

1 potuit esse *sit tibi grata quies* uel *grataq. sit requies. o requiem gratam, quam p. c. dicat* carm. epigr. 1192, 4 confert Eng. *pia cura* Sulpicia Tib. 3, 17, 1. Ou. am. 2, 16, 47 Auson. saepius, *Troia cura tegit* Auson. 236, 6 mulieri defunctae conueniebat *quam* 2 hexameter plenus, si post *legisti* addideris *carmine* 3 cf. carm. epigr. 1193. 1451 ss. expectes *te*, sed cf. Schmalz Berl. phil. Woch. 1913 p. 1054 *rcodine* lapis

2093*

Pectore qu[
hic situs [

Eng. 320 fragmentum marmoreum a parte superiore et dextra mutilum Romae emptum possidet Lundström Gotoburgensis

2094*

Sedibus a[e]ternis Fe|muleius f[u]eris a uita
reddi]tus, h[o]c more[s, | h]oc me[r]uit pieta[s. |
ab] am[i]cis longo ui|[tae t]o[t] merita (a)euo |
laudant]ur: boni fata | [f]uere senis.

CIL. VIII 15463. 26390 descr. Merlin et Poinssot Uchi maiore prov. procons. suppleuit Armini conl. epigr. p. 30

2095

Clauditur oc gremium | Sperendeus rite sepultus, |
qui studuit uitam semper | abere piam.

CIL. XIII 1315 descr. Hirschfeld Eng. 348, Diehl lat. altchristl. Inschr. 335 in operculo sarcophagi rep. prope Auaricum Biturigum subsequitur *obiit VIIII id(us) Iulii* saeculi quinti aut sexti

1 i. *hoc gremio* nomen fictum esse ex *sperans in deo* coniecit Hirschf.

2096*

]atus noxa seuerus
membra iacent tumulo], reddita uita polo.
q]ui uixit habenas
i]am cito raptus abit.
cunct]is communis amicis,
officio antiste]s sed mage mente pater.
pauperibus, numquam sibi, p]rodigus aut male partis
indulgens puro u]ixit egens animo.
]e cultor semper honesti
]e sedulus esse domus.

De. eph. epigr. IX p. 484 n. 945 descr. Monti et Ashby Eng. 356, Diehl inscr. christ. 1009 prope Palombaram in pauimento ecclesiae S. Iohannis in Argentella

2 cf. 1354, 4 3 *rexit* coniecit De., episcopi epitaphium esse ex u. 6 colligens 5 idem exitus 437, 9. 1304, 3 6 *cunctis mente pater* 1376, 13 7 cf. 312, 6. 698, 15. 1382, 9. 1436, 6 9 Lucan. 2, 389 saepe in titulis repetitus

2097*

Qui nescit, cuius hoc sit tam sublime sepulcrum,
. . . .
hoc tumulata loco Prisci pia membra recumbunt,
qui retinet merito sidera celsa suo.
progenie clarus, felix, generosus, opimus,
mentis et arbitrio iustitiaque potens,
indulsit prudens mixto moderamine causis
iurgia componens more sereniferi,
concomis et dignus regisque domesticus et sic
promeruit summo mente placere deo
. . . .
idibus ad caelum terris migrauit ab imis
Iunii mensis, cultus honore pio.

CIL. XIII 2399 ex actis a. 1308 Eng. 359 fuit Lugduni in S. Nicetii Priscus Nicetio successit a. 573, de quo uide n. 1387 menda codicis non adnoto praeter 8 *georgio* quod corr. Leblant u. 2 legi non poterat, post u. 10 complures sequuntur qui legi non poterant

2098*

Corpora sanctorum g[remio sunt condita terrae,
ast animam caelo iungit a[d·astra deus.
Lepidianus inest filique patris[que fidelis,
diuinis gestans tempora cin[cta choris.
sex et sesaginta animam pro[fuderat annis.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2771 Diehl inscr. christ. 1613 Madauris in ruderibus basilicae signa Christi in u. 1 post *g* et infra titulum posita suppleuerunt Gsell u. 1, cetera Diehl

2099*

Nymfius aeterno deuinctus membra sopore
hic situs est, caelo mens pia perfruitur.

mens uidet astra, quies tumuli complectitur artus,
calcauit tristes sancta fides tenebras.
te tua pro meritis uirtutis ad astra uehebat
intuleratque alto debita fama polo.
immortalis eris, nam multa laude uigebit
uiuax uenturos gloria per populos.
te coluit proprium prouincia cuncta parentem,
optabant uitam publica uota tuam.
excepere tuo quondam data munera sumptu
plaudentis populi gaudia per cuneos.
concilium procerum per te patria alma uocauit,
seque tuo duxit sanctius ore loqui.
publicus orbatas modo luctus conficit urbes
confusique sedent, anxia turba, patres,
ut capite erepto torpentia membra rigescunt,
ut grex amisso principe maeret iners.
parua tibi, coniunx, magni solacia luctus
hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
haec indiuidui semper comes addita fulcri
unanimam tibi se lustra per octo dedit.
dulcis uita fuit tecum, comes anxia lucem
aeternam sperans hanc cupit esse breuem.

CIL. XIII 128 contulit Hirschf., ex codice Parisino 4841 s. X Riese anth. 722, Baehrens PLM III p. 270 Eng. 360, Diehl inscr. christ. 391 in ecclesia oppidi Valentine in Nouempopulania tabula marmorea litteris bonis saec. fere quinti, nunc Tolosae in museo duabus paginis (u. 1—12. 13—24) scripta; in medio crux

1 *deuinctus m. s.* Iuuenc. 1, 271. carm. epigr. 481, 3, cf. Lucr. 4, 453. Catull. 64, 122. *m. s.* Verg. Aen. 8, 406. Iuuenc. 1, 137. 4, 205 3 Verg. Aen. 2, 253 *sopor fessos complectitur artus.* Ennod. carm. 2, 20, 7. 2, 130, 3. Paulin. Petr. 1, 330. 6, 7 9 *prouincia* Aquitania 10 *publica uota* Iuuen. 10, 284 in morbo Pompei, cf. Ou. met. 7, 450. Claudian. 8, 295. carm. epigr. 2046, 9 12 cf. Verg. georg. 2, 509. Lucan. 7, 12 14 *s. o. l.*

Mart. 8, 1, 2, cf. 7, 46, 2. Anth. 487*, 16 16 *anxia turba patrum* Sil. 15, 7. *turba patrum* Lucan. 3, 104 17 Hilar. carm. gen. 167 *frigore peccati torpentia corda rigescunt* 19 *solacia luctus exigua ingentis* Verg. Aen. 11, 62, cf. ad carm. epigr. 654, 9. 734, 10. 1401, 9. Auson. parent. 16, 10. Claudian. carm. min. 30, 105 21 *comes additus una* Verg. Aen. 6, 528. *c. additur illi* Petron. 124, 267

2100*

Orbis celsa graui uexantur culmina lapsu,
urbis cum maestae lumina clara ruunt,
atque ouium damna pastorum morte patescunt,
cum sibi sublata mystica dicta tenent,
ieiunae etiam plebis lamenta resultant,
cum soliti pastus dogmata sancta docent,
quo probat amissum populorum pectore planctu(m)
heu decus heu nimium, Aureliane, tuum.
pontifici claro fulsisti dogmate cultu,
cumque Arelas digno munere laeta fuit.
sed animas sancta euectant consortia caeli,
quas hinc corporibus laxat abire deus.
ergo omnes recte capiunt solamina dempti,
quem norunt meritis astra subisse poli.
non retinet mundus artantis iure sepulcri,
quem recipit summi dextera ampla dei,
nec quoque uenturis morietur nomine saeclis,
uiuere quem semper inclita dogma docent.
praecipit heu cursum numerans quinquennia quinque
et tribus adiectis metas uoluentibus annis
deseruit fragilem terreni corporis usum,
hic senibus linquens primaeuo tempore formam,
illic suscipiens aeterno iudice uitam,
pollicita amplectens reddentis praemia Christi.
quisquis sollicitus lustras monumenta dolorum,

hic parilem sortem ingemis ipse tuam.

. . . .

CIL. XIII 2397 ex actis a. 1308, Leblant inscr. christ. Galliae I p. 53 n. 23 ex schedis Chiffleti Eng. 361 erat Lugduni in aede S. Nicetii in margine *obiit XVI kal. Iulias undecies post c(ons.) Iustini indic. XIII,* anno 551 uariae lectionis dedi grauissima, tractauit Liljeholm Erani uol. 17, 1917 p. 120

2 *cumina est flumina* acta, *cacumina fulmina* Chiff. *cum maeste lumina* Lilj., malim *maestae* 3 *positarum* acta 4 *mestica* (i. *mist-*) et *tenunt* acta. *tenent* scil. memoria *mystica dicta* carm. epigr. 1842, 2. *m. sensa* 2045, 2 5 *iemma etiam* acta, *ieiunae* bene Lilj. (*et i. iam*) i. cibo mystico carentis cf. u. 6 6 *consoliti* acta *docent* uix sanum, an *tacent*? scil. eucharistiae (i. pastus) uerba, mortuo sacerdote 7 *planctum* nom. pro *planctus* 9 *fulcisci* acta, corr. Lilj., *fulsisse* Eng. cum Chiffl. 10 *cumque* i. quandocumque 11 *erectum* acta, corr. Lilj., *eripiunt* Eng. 12 *laxat* 'laisser' 14 *mor.* acta 19 *precipit eu c. numerum quinquennio q.* acta i. obiit annos natus XL 20 *uoluentibus annis* Verg. Aen. 1, 246 21 cf. 688, 4. Lucr. 1, 1085. 2, 1114 22 *formam* de regula monachorum intellegit Lilj. post 26 'secuntur plures uersus qui propter fracturam marmoris legi non possunt' acta

---

2101

Caius Epicadi f(ilius) princeps | ciuitatis Doclatium hic situs. |
hoc fieri iussit genitor sibi et | suis, set fili eius Piassus Epicadus |
Scordis Verzo et summa adiecta | efficit istud opus
est pietas natique | hoc auxisse uidentur
et decorant | facto et docent esse pios.

Vulič Öst. Jahresh. 12, 1909 Beibl. p. 202 Eng. 451, De. 9411 Grahovo in regno Montenegrino distichorum subest species uelut *hoc fieri iussit genitor sibi, filius eius et summa adiecta efficit istud opus: hic pietatis honos natusque auxisse uidetur, et decorat facto et docet esse pios.* in medio enim hiant pentametri ut iam Terentianus Maurus 1777 maluisse quosdam refert

2102*

Ut primum aetatis complerunt tempora uitae |
et genitor fato conditus est tumulo, |
protinus inscripsit pietas nomen matrisque patrisq(ue), |
ut legerent cuncti genitoris nomina saepe. |
hoc decet, ut natí componant ossa parentum |
et cineri sedem substituat pietas.

Vulič Öst. Jahresh. 12, 1909 Beibl. p. 201 cum imagine Eng. 328, De. 9412 Grahovo in regno Montenegrino praescriptum *Agirro Epicadi f. principi K(astelli) Salthua | et Temeiae Glaui f. fecit Epicadus f.*

3 metro aptum *inscripsi nomen*

2103

Suscipe nunc lacrimas, mater, natique suprestis
quas fundet gemitus laudibus ecce tuis.
pos mortem patris seruasti casta mariti
sex triginta annis sic uiduata fidem.
officium nato patris matrisque gerebas,
in subolis faciem uir tibi uixit obas.
Turtura nomen abis, sed turtur uera fuisti,
cui coniux moriens, non fuit alter, amor.
unica materia est, quo sumit femina laudem,
quod te coniugio exibuisse doces.

Not. 1905 p. 104 descr. Marucchi, depinxit in nuouo bull. di arch. crist. 10, 1904 tab. VI Eng. 358, Diehl lat. altchristl. Inschr. 341 ad urbem in Commodillae coemeterio laeua dextraque scriptum carmen sub imagine picta mulieris quam $\overline{scs}$ *Felis* et $\overline{scs}$ *Adautus* ad Mariae reginae solium deducunt, quae pictura Byzantinae s. VI arti adsignatur subscriptum carmini *hic requiescit in pace Turtura | que bisit pl(us) m(inus) annus LX* Turturam feminam clarissimam Petronii coniugem mortuam a. 509 (carm. epigr. 702) comparauit Wilpert

1 structura incomposita: debuit *lacrimas natique laudes* aut omitti *que* 2 *suprestis* fort. pro *superstitis* cf. carm. epigr. 1433, 5 5 cf. Prop. 4, 11, 75 s. 6 i. *ouans.* nomen mariti

Marucchius putabat *Obas* aut *Opas* 7 i. *habes* 8 *c. m.* pro *coniuge mortuo* dictum putant Löfstedt et Heraeus *non fuit a. a.* Ven. Fort. carm. 4, 12, 12 9 initium Lucan. 8, 76

2104

. . . ptin . . .
. . runt . .
hic tumulus] patris complectitu[r ossa sepulti
matrisq. a]eterno reddita co[niugio

CIL. VI 35516 descr. Vaglieri Eng. 340 fragmenta tria cippi magni marmorei reperta ad S. Pauli, unum has elegorum reliquias habet, duo reliqua nominum propriorum *I]uliu]s* | ..*atr*.. | .. *p* .. et *C. Iu*.. | *i*.. |

4 post *co* initia velut *u* litterae uidentur

2105

A

f]aciles m
cantus ṃ
m dulcí rẹ
ens genit
tus s

B

rit et
riietur
Ẹumenida[s
des annós Póeṃ
ullus Echidnaeó s
i]amque patris repetet peṛs
indulge miserís te[rra superstitibus.
síc saltem ut nobis . i .
conspectú liceat con[loquioque frui.
et tu, náta, uení patrisq[ue recumbe sepulcro:
linque domuṃ . .

seruátur secrét[a
hic loc[us

Not. 1903 p. 462, bull. com. 31, 1903 p. 368 descr. Gatti Eng. 333 Romae in area regionis VII ante ualetudinarium S. Mariae Lauretanae rep. fragmenta marmorea litteris minutis nitidis Augustei aeui A litteras paulo maiores habet. carmen duabus paginis perscriptum erat, prioris uestigia ante B 10 (*a? et tu*) et 12 (*i seruatur*) cernuntur B 9 cf. Ou. Pont. 1, 4, 54

2106

Tu, coniux misera[n]de, du[as quoi funere plagas
obtulit una dies, no[n toleranda gemis.
filia sexs annis curam [omnem experta parentis,
heu quam crudeli mor[te perempta iacet.
officium inter nos cura[m diuiserat: ipsa
uiginti annorum, c[um rapiebar, eram.
tu dominus coniunx [patronus me decorasti,
felix te uiuo mor[te ego rapta prior.
seic obi(i)sse iu(u)at: quond[am uno sub lare tecum
uíximus, en uno nunc [sumus in tumulo.
felix nunc igitur uíu[as, dum uita manebit;
nos ut consuesti [pro pietate colas.

Reu. épigr. 1902 p. 229 n. 1464 descr. Thiers Narbone rep. tabulae marmoreae fragmenta Eng. 330 Hirschfeldio miserat Espérandieu cum suis supplementis, quorum partem inmutatam recepi titulus aeui uisus est esse Augusti eique metra ac uerba congruunt

2 *nos* apparuit 7 *coniunx i* 9 *obisse iuat* sic lapis

2107*

A

Ne multum quaeras, hos|pes, cuius monymentum: |
Mammosae Florus con|iugi constituit. |

quam non inmerito mag|no dilexit amore, |
genialis custos utpote | quae fuerit, |
quaeq(ue) penum paruosq(ue) | lares prouexerit illi,
dum frugi uitam degerit | ingenio, |
et quae fecundo par|tu numerosa replerit |
casta domum trino pig|nore coniugií. |
haec istic igitur miseran|do funere rapta |
post annos flores uitae | trinta duos |
coniugis haud minimo | luctu sumptuq(ue) se[pulta
. . . .

B

Si quis f[orte ue]|lis curiose sci|re uiator, |
quis foret hic homi|num quondam dum | uita maneret: |
Iul(ius) hic fuerat serua|to nomine Florus, |
qui quinquaginta iu|uenis dum degeret | annos
atque unum | pariter ingressus | sorte fuisset,
infe|lix facile decessit fu|nere mortis.
huic ka|ra quidem liberor(um) | trina propago
et casta | pariter Mammosa | nomine coniunx, |
quam nunc ut rele|gis defunctam | morte priorem |
coniuncti tu|muli sociato ser|uat honore.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2242 Madauris duabus paginis scriptum, A sinistra, cui praescriptum *Aur]eliae Mammosae,* B dextra

A 3 *sed non i.* Prop. 2, 6, 35 *m. d. a.* Verg. Aen. 1, 344. cf. carm. epigr. 703, 5. 777, 3. Ou. Ib. 295 4 *genialis* scil. lecti 9 cf. carm. epigr. 501, 2. 737, 1. 1973. Ou. met. 6, 430. Anth. 612, 5 10 *trinta* pro triginta, uelut *uinti* al. cf. Ihm Archiv lat. Lex. 7 p. 69

B 2 *quondam dum uita manebat* Verg. Aen. 5, 724. *maneret* etiam carm. epigr. 761, 2. 1347 A 17 B 15. 1392, 2. 1814, 7. 1829, 5. 1969. 2191. Damas. 10, 3 9 *rriorem* lapis

2108

Hanc sedem dilect]a uxsor sociata amore
consti[tuit nostris] ossibus et cineri.

Not. 1907 p. 547 n. 2 descr. Vaglieri Eng. 323 Romae uia Salaria in tabella marmorea. maioribus litteris inscriptum est *Cn. Luc]retius Cn. l.* | *[Phila]rgurus,* quorum uersiculorum prior post illum *... a uxsor s. a. consti,* posterior post illum *..ossibus et cineri* legitur

1 hiatus fortasse ex tali archetypo uersum mutatum arguit *Timo frater sociatus amore* uel *sociata pudore* (carm. epigr. 784, 2). uel *sociata marito* (387, 2)

2109

Tull]ius ut meritae s[edes tranquilla sit opto
con]iugis et tellu[s contegat ossa leuis.
quod] nisi parua fore[nt quae restant tempora uitae,
qua]m cuperem fati corripere ipse moras.

CIL. VI 33674 descr. Vaglieri Eng. 309 in tabella marmorea columbarii Romani suppleuimus Leo Hermae 38, 1903 p. 312 et ego in sententiis nihil dissonantes (is 1 *securus sit locus optat,* 3 *foret mora quam natura relinquit*)

2 cf. carm. epigr. 1033, 9

2110

. . . . . . era parua notat
. . . . m paritura nepotes
. . . . t una domum.

CIL. XIII 3917 descr. Ebertz Eng. 339 Treueris

1 ...*cra* fertur superne mutilatum, fuit *era* (uelut *littera*) aut *ora* 2 s. uelut *quaeque modost deducta domum paritura nepotes coniunx, hanc Ditis iam tenet una domum.* aliter Armini conl. epigr. p. 25

2111*

Iulia C. f. Anulla hic sita est, fato | praerepta nefando,
quam mors | in paruo tempore praeripuit,
quae | iam bis nouenos pariter impleue|rat annos.
dicas pra(e)terie(n)s: s(it) t(ibi) t(erra) l(euis).

Bol. de la r. acad. de la hist. 1909 t. 55 p. 363 ed. Fita Eng. 327 Emeritae rep. sequitur titulus Andiliae C. l. Iucundae a Iulio Felice Teucri f. dedicatus

1 cf. Verg. Aen. 2, 738 *misero coniunx fatone erepta Creusa* 3 in archetypo erat *denos* et *compleuerat*

2112*

His tegitur terris | Antonia, quam | generauit
Pergamos, | excelso monte super|posita.
pascibus inso|nis titulum . . . .|nius

Finaly arch. Anz. 1913 p. 334 Sarmizegetusae praescriptum *d. M.*

3 uix recte descriptus

2113*

. . . . ius hic
corp(us) ob | insignem eius pudi|citiam
Telesinus mar(itus) | caro deuinctus a|more
ut potuit po|tius quam ut uolu|it posuit.

Bull. arch. du comité des traueaux hist. 1907 p. CCLXXII descr. Merlin Eng. 325 Henchir-Routitila

1. 2 uix uersus sunt 3 distichon per nomen proprium pessumdatum Verg. Aen. 8, 394 *aeterno fatur deuinctus amore* 4 cf. n. 2037

2114

et te, terra, precor leuiter iaceas] super ossa,
sentiat ut pietas praemia] quae meruit,
et quicumque suis sincere p]raestat honore,
felicem cursum perferat a]d superos.

CIL. VI 36048 descr. Gatti Eng. 304 marmoreum fragmentum ante aedem S. Hadriani praescriptum ...*es l*... *Paris*.. *XXVI* suppletur ex carm. epigr. 1048 praeter u. 1, de quo cf. n. 1315 (mus. Rhen. 56, 1901 p. 154)

2115*

Daphnis ego Hermetis coniunx sum libera facta;
cum dominus uellet primu(s) Hermes liber ut esset,
fato ego facta prior, fato ego rapta prior.

quae tuli quod gemui, gemitus uiro saepe reliqui,
quae domino inuito uitam dedi proxime nato.
nunc quis alet natum? quis uitae longa ministrat?
me Styga quod rapuit tam cito eni(m) a superos.

CIL. VIII 24734 contulit Merlin Eng. 296 Carthagine in sepulcreto officialium domus Augustae subscriptum *pia uixit annis XXV h. s. e.*

1 mulier in morte manu missa est, mortua uidetur esse puerperio 2 requiritur *prior* 3 et 7 pari cum ceteris uersibus principio incisi *facta* scil. libera 4 *genui* uult Bianchi studi Ital. di filol. class. 18, 1910 p. 71. intellege: *ego quae tuli rem miserandam* (scil. puerperium mortiferum) 6 *uitae longa* dictum pro *uitam longam* 7 *Styga* i. Styx, ut recte interpretatur Cagnat *eni(m)* superaddita ad *quod* causalis coniunctio *ad superos*? haec enim usitatior est locutio, an idem dicitur quod *a superis*?

2116

. . . . . memento]
quae fuerit nobis] consociata fides.
desine iam flere, fatalis mi]hi hora manebat,
coniugio dulci] distulit me illa tuó.
tunc tu talis eris, qualem tu]a dextera nóbí[s
sollicitum praestes, si capit illa fides.]

CIL. VI 34056. 36657 contulit Bormann ex praescripto restat . . .]*liae* . . . . *an. XX* suppleuit Huelsen ad exemplum carminis n. 1295

2117

. . . .
b]is iam tricenos uitae | [compleuerat] annos
felix coniugium | [nunc obitura piu]m.
da, deus omnipotens, | [caelestis glo]ria uitae,
digna cum | sanctis ut mereatur ibi. †

Not. 1905 p. 396 descr. et depinxit Orsi, n. 1 et 3 expleuit Marucchi bull. arch. crist. 1906 p. 166 Eng. 349, Diehl inscr. christ. 2370 Syracusis in crypta S. Martini marmorea

tabella superius truncata et fracta subscriptum *deposita est in pace d(o)m(in)i V nonas Mart.* | *post conss. dd. nn. Honorio XIII et Theodosio X Aa(u)gg.* i. uere anni 423

1 *u*]*is* i. uix Marucchi 2 *fecit et illa suum* Marucchi, ego uirginem fuisse sanctam sumpsi 3 *praemia* cum imagine lapidis discordat

2118*

Bert//// hoc hordine res/////
cum petere optassem sancta sepulcra prior.
felix] o nimium, tanti si munere uoti
liq]uissem natos incolumemque uirum.
sic quia progenitis superest e quattuor unus,
de]precor hic saltim uiuat, ut hossa colat.

CIL. XIII 5657 ex schedis fratrum S. Benedicti, suppleuit Leblant Eng. 362, Diehl inscr. christ. 220 fuit in finibus Lingonum in loco Pothières in basilica tabula marmorea subscriptum *inlustris femena hic ena* .... | ..*to Xo Kal. Maias Seuerino uccl. s.* | *annos quinquaginta et duos* a. 461 uel 482 ab initio plura uidentur deesse

3 in. cf. Verg. Aen. 4, 657 Lucan. 8, 139 Stat. silv. 3, 3, 25. carm. epigr. 1347 A 17 5 *progenitis* uno uerbo traditur recte, *pro g.* Eng. Diehl, quod defendit Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 220 6 *saitim* trad. *uiuat ut ossa colat* Mart. 1, 114, 6

2119

sic custos pater] | usta igni fidissimus atro |
corpora quae rapuit, | condidit hoc tumulo. |
nec sibi nec matri natos | aetas sua plorat,
bis senos | annos non habuere supra. |
ne terra aliena ignoti cum | nomine obissent,
hic titulus | paruo proloquitur lapide.

CIL. XII 5276 descr. Hirschfeld AL. Burmanni IV 242, Meyeri 1347 Narbone in cippo supra fracto, litterae dicuntur saeculi primi incipientis

1 *natorum pater* praemisit Burmannus. uidentur pueri periisse incendio 3 *sibi* ad patrem referas, quamquam *sua*

ad natos respicit 5 *aliena* pro molosso est ut apud Horatium *Nasidieni* pro dispondeo al.; mutabant *at ne terra a. ignoti nomine.* at iste cautum titulo uoluit ne cum ipsis simul nomen obiret 6 *lapide* priores, Hirschf. ne *l* quidem uidit integram

---

2120*

. . . . ii alter |

ad spem non patria supp]lice uoce iacent. |

CIL. VI 36108 descr. Vaglieri, contulit Hülsen Eng. 336 Romae in thermis Diocletianis fragmentum tabulae marmoreae sequitur *Ti. Claudius Aug.*] *l. Phoebus pater* | [*Plotia Venust*]*a mater fecerunt* | [*filiis*] *suís* nomina parentum et u. 2 redeunt carm. epigr. 997, quo conqueruntur parentes Nicen et Phoeben filiolas. hic titulus uidetur commemorare filiolos

2121*

'O Fortuna, hominum dubia quae fata gubernas,
cur me priuasti Iulio Fausto?'
cenanti trichileis symphonia suaue canebat,
nunc infelici tundit Cerberus auriculas.
si quicquam pietatis habes, sanctissima mater,
subleua me abiectum a finibus Tartariís.
pristina cura domo fama decoratus quieuit,
nunc me Cerberus ducit in exitium.
'Fauste uenuste, uale niueo decoratus, marite:
otia luxuriae uincula perdidimus.'
gaudia matris acerba patris querumonia maesta,
me iam tot ad cinerem cornua rauca uocant.
uiginti et sexto me Cluthes duxit in annos,
hunc finem Parcae sorte dedere mihi.

Not. 1923 p. 357 ed. Bendinelli cum imagine, unde nonnulla correxit Lundström Erani uol. 22, 1924 p. 91; recognouerunt Bendinelli riu. di fil. class. n. s. 2, 1924 p. 422, Vogliano ib. 3, 1925 p. 91 Romae tabula marmorea, litteris lectu difficillimis praescriptum *C. Iulius C.* (*mul.*) *l. Faustus, Caecilia* (*mul.*) *l. Iucunda* carmen sic dispositum est, ut u. 1. 2. 9. 10 lo-

quatur mater, u. 3—8, 11—14 filius. balbutientis poetae uerba, inprimis u. 7. 9 ss. aegre intellegas

1 cf. carm. epigr. 1065 3 *cena uentri cheleis* Bend., correxit Lundstr. 7 *cura* de filio dictum uidetur, unde *decoratus* (cf. Ou. ars 2, 230) 9 *niueo* de toga mortui (Iuu. 3, 171)? 10 *perdidimus* Vogl., *cerpit umus* Bend. 11 *acerbat atris* Bend. 12 *me tamen ad* Lundstr. 13 i. Clotho cf. carm. epigr. 1084, 4 *in sexto et decem ascende(n)s* 14 *supremum Parcae s. d. m.* carm. epigr. 965, 12

2122

Amissum, m[ate]r, Tro|phimum si[n]e fine do|leto:
fatal[e h]oc uitiu|m est parc[ere] te pue|ro.

CIL. XIII 11895 descr. Finke Eng. 337 Moguntiaci in lapide fastigiato praescriptum *Trophimus M. Mari Rustici ser(uus) an. XX h(ic) s(itus) e(st)* primi opinor p. Chr. saeculi

1 initium Mart. 1, 33. carm. epigr. 1057, 9. 1230, 2. 1639 *sine f. d.* cf. 993, 4. 1388, 10. 1401, 4. 1631, 12. 1672. 1850, 2 al. 2 fata siue Parcae parcunt te puero i. superesse sinunt. *parcere* apud antiquos (Plautum Ennium Lucilium) idem esse quod *seruare* Seruius adnotauit ad Aen. 10, 531 *talenta gnatis parce tuis*, sic etiam Kroll Glottae 6 p. 367, aliter Löfstedt mus. Rhen. 67, 1912 p. 219 (*puero* abl. i. potius quam puerum)

2123*

Pro piet]ate parens supr||[ema haec munera fecit
nato], qui fatis concid||[it ante diem.
. . . . . eci . . . sine . . . pus | . . . . . .
annus cui scidi | . . . . miseris.
ipse patrem | [ut decuit, digno tumulasset honore,
n]i mihi natura | [heu esset iniqua nimis.

Bull. Dalmat. 1908 p. 81 ed. Bulić Eng. 329 rep. Gardun-Vojnić praescriptum *. . . . nius C. f. . . . . s ann. V h. s. e.* titulus lectu difficillimus, supplementa Eng. paululum mutaui

1 in. trad. *iaii* 3 s. ex. gr. *hic uitam exegit culpa sincerus ab omni, annos qui uidit quinque malis miseris* 6 in. *ii*

2124*

Hic Optata sita est, quam | t[e]rtia rapuit aestas.
lingua manu nunquam dulcior ulla fuit.

Not. 1916 p. 126 c. imag. Romae in uia Ostiensi, sarcophagus christianis imaginibus ornatus subscriptum *in pace*

1 *tirtia* lapis

2125

Ecce sub hoc tituló sita sunt Sótéridis ossa:
consúmpta inmiti morte sepulta iacet.
nóndum bisternós aetas compleuerat annós,
cum iussast nigri Dítis inire domum.
mater quós nátae débébat trádere lúctús,
trádidit hós mátri náta repente suáe.

Not. 1904 p. 437, bull. com. 33, 1905 p. 176 descr. Gatti Eng. 311 Romae ad uiam Salariam in eodem columbario ex quo prodiit carmen epigr. 1058, in tabella marmorea, nunc Baltimore (Johns Hopkins) litteris minutis nitidis. picti ibidem fuere di inferi *Dite pater* (cf. uersum 4) et *Ceres* (1058, 10) optimae aetatis

2 Tib. 1, 3, 55 *hic iacet immiti consumptus morte Tibullus* 3 cf. Thes. l. l. III 2092, 14 6 *natá* descriptum est

2126*

Virginis hoc titulo nomen non debuit esse,
quae cunctas artes perbibit et cecidit.
nunc Ianuaria iaces annos ter quinque sepulta,
eripuit miseras inuida flamma preces.
in te certabat species formata pudore
et studium nitens ad maiora bona.
si non fatorum praepostera iura fuissent,
mater in hóc titulo debuit ante legi.

Not. 1915 p. 45 descr. Paribeni Romae

2 cf. carm. epigr. 995, 6 3 hex. deprauatus per nomen, erat ex. gr. *nunc Faustina iaces a. ter quinque sepulta*, cf. Armini Eranos 23, 1925 p. 32 6 debuit *meliora* 7 u. n. 2127 ss.

2127

Si non fatoru]m praepostera iura fuissent,
mater in hoc] titulo debuit ante legi.
quae rogat, ut di]cas aetatis tempore motus:
terra sit in La]eta non honerosa precor.
si semper iusto decurr[eret ordine fatum,
ossa forent matris ia[m tumulata prius.
at tu praeteriens cine[ri 'bene, Laeta, quiescas
et tua' dicit 'opto mo[lliter ossa cubent.'

CIL. VI 35653 auctore Leblant, qui uiderat marmor apud antiquarium Romanum Eng. 294 praescriptum ....*S*]*ex. f. Laeta uixit annos X menses V* .., subscriptum *Pr*]*ima mater misera in suo fecit* u. 1—4 sinistra, u. 5—8 dextra tabulae parte continentur

1 s. expleti iam in CIL. leguntur, ceteros ego refeci ex carmine 1480, adsimilia supplementa Leo miserat (in 8 *mo*[*rs sit amica tibi*) 5 *fusus* suppl. Leo 8 *dicit* pro *dicito*? restituendum *dic*

2128*

Si non fatorum praepos|tera iura fuissent,
hoc | titulo mater debuit | ante legi.

Not. 1913 p. 86 descr. Persichetti in Vestinis antecedit [*d.*] *M.* [*s*]. *Ephebo L. Caesieni Firmi ser. uixit ann. XXV. Acceptus pater et Luperca mater uiui filio bene merenti et Primigenius fratri opti*(*mo*) *posuerunt.* subscriptum *s. t. t. l.* sententia trita, cf. 1479ss. 1212, 12

2129*

Si non fatorum prae|postera iura fuis|sent,
mater in hoc | titulo debuit ante | legi.

Not. 1911 p. 353 descr. Aurigemma cippus rep. Montecaluo Irpino in Apulia praescriptum *Ofillia Quintilla haue. et tu qui legis haue*

2130

Quot decuit natam matri patrique | parare,
hunc titulum miserae | fecit uterque parens.

Not. 1897 p. 327 n. 9 descr. Neruegna Eng. 295 (= 308) Brundisii in lapide fastigiato rosa ornato praescriptum *d. M. Erycia C. l. Oecumene u(ixit) a(nnum) I m. XI*, subscriptum *h(ic) s(ita)* cf. carm. epigr. 164 s. 1486

2131

Hic iac]es extinc|[ta mat]ri gratissi|[ma] uirgo, |
V]rbica, quod | nomen semper | [i]n astra uiget, |
l]audes in excel|sis, talibus erep|ta tenebris, |
cum tibi perpe|tua redditur | alma dies.

CIL. VIII 27916, Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 3429 Eng. 355, Diehl lat. altchristl. Inschr. 344 Theueste in atrio basilicae christianae, saec. V

1 cf. carm. epigr. 679, 1 *patri* Gsell 3 prius hemistichium sic intellegit Monceaux quasi *gloria in excelsis* uel *deo laudes*, mihi hoc ex aequo positum uidetur ac *nomen in astra* eique iugatum

2132

Hoc iacet in tumulo sacrata | Georgia Christi
et diuota | bonis mente fide merito. |
ob quam magna patrem | premeret cum turba | procorum,
illa deum | legit feliciore toro.

CIL. XIII 1491 ex Sauarone Eng. 352, Diehl inscr. christ. 1699 in Aruernis in ecclesia Claromontana 'de Georgia cf. Gregori Tur. lib. in gloria confessorum c. 3 p. 768 ed. Krusch' CIL. 2 *mente fide meritis* carm. epigr. 1381, 1 3 *turba procorum* Ou. met. 10, 574 cf. 14, 681

2133

A Diui Constanti pignus, de nomine nomen
. . . d[i]u cond[i]ta progenies
. . . .
B aetatis uictrix dulcis obit nimium.

sede beatorum recipit te lacteus orbis
e gremio matris: hoc tua digna fides
. . . .

CIL. III 14685 descr. Kubitschek et Bulić, *B* idem est quod CIL. III 9631, carm. epigr. 1438 *C* Eng. 350 Salonis sarcophagi fragmenta duo quorum in uno primum distichon, in altero reliqua leguntur, ita inter se apta, ut non interciderit nisi unus uersus litterae sexti fere saeculi esse dicuntur, prioris fragmenti euanidae. Constantius I iam anno 306 obierat

2 metro deest tale *Constantina* 5 *lacteus orbis* Cic. Arat. 286

2134

Abrepti fratris | cognató sanguine iúnctus |
reliquiás Fuscus | condidit in tumulum.

CIL. VI 34866 descr. Ruggiero Eng. 297 Romae iam in thermis Diocletianis reposita tabella marmorea praescriptum *Ti. Claudius* | *Corinthus*

1 *cognato sanguine uictus* Verg. Aen. 12, 29. cf. Mart. 12, 44, 1. carm. epigr. 1385, 9. *c. s.* Ciris 409. Sil. 2, 617. 15, 12

2135

Amarantho | Agathemeris | soror pro meritis tribuit.

CIL. VI 33494 descr. Vaglieri Romae extra portam Salariam rep. tabula marmorea ultima ex disticho uidetur esse adsumpta clausula

2136*

Sint tibi placati Manes et tutá quiescas, |
terraque securae sit super ossa leuis.

CIL. VI 34397 a descr. Visconti Eng. 301 tabella marmorea columbarii Romani litteris elegantissimis praecedit *Annaea* (*mul.*) *l.* | *Dipoena híc est* | *condita sed non sine lacrumís, Stepane, tuís.* imitationem Tibulli 2, 4, 49 s. *placideque quiescas terraque securae sit super ossa leuis* indicauit Heraeus

2137

Te, lapis, optestor, le[uiter super] | ossa residas,
ne n[ostro officio] | condita laedatu[r.

hoc ego dilectae] | feci coniunx m[onumentum,
quae] | uixit mecum pl[us duo lustra simul.

CIL. VI 35386 auctore Giorgio Eng. 302 extra portam Pincianam in uinea praescriptum *ossa Gr*...

2 detortum sic esse pentametrum carminis 971, 10. 1474 *ne nostro doleat conditus officio* adnotauit Huelsen, cf. etiam Armini conl. epigr. p. 35. quae secuntur ego ad speciem distichi suppleui

2138

Te, lapis, obtestor, leui|ter super ossa quiescas, |
ni tenerae aetati ian grauis esse | uelis.

Not. 1897 p. 406 n. 18 descr. Correra Eng. 303 in tabula lapidea agri Rudini praescriptum *Siluanus Ve|ticator. fi(lius) Clau(di) | Dicaei l(ib.) u. a. XXX | h(ic) s(itus) e(st)* cf. n. 1470 ss.

2139*

Ha, euasi effugi. Spes et Fortuna ualete.
nihil mihi uobiscu(m) est, ludificate alios.

CIL. VIII 27904 descr. Gsell, inscr. lat. de l'Alg. I n. 3150 Eng. 324 Theueste idem carmen omisso *ha* supra n. 1498 (2 *nil*). 409, 8. 434, 13 2 prius hemistichium Ou. fast. 2, 308

2140*

Floren|tes annos mors subita | eripuit.

Not. 1911 p. 68 descr. Mancini, De. 9441 Romae praescriptum *d. m. Euhelpisti lib. qui et Manes uixit annis XXVII mens. IIII dieb. XI.* sequitur *anima innocentissima quem medici secarunt et occiderunt. P. Aelius Aug. lib. Peculiaris alumno suo* sim. 485, 3. 803, 1. 1004, 2

2141

Coniux q(uae) placidam capis quietem,
mundi tristitias exhorruisti,
dum claras properas adire sedes,
digno quas recipis electa fructu,

in nosmet grauiter seiuncta saeuis,
nati quam ne[qu]eunt uidere nostri,
caeleste potius amplexa munus,
nostrum lenias qua[esu]mus dolorem,
Christo si quotiens orationes
sanctis saepe locis adsumta defers.

CIL. XIII 11214 descr. Martin et Espérandieu Eng. 365, Diehl lat. altchristl. Inschr. 337 tabella marmorea rep. Lugduni ibi ubi etiam n. 2009. 2017 hendecasyllabi suppares aeuo Sidonii, uersus finem facit quasi iambica penthemimeres, cuius prima syllaba quasi anceps producitur u. 2, 4, 5, 7, 9, 10, ultima anapaesti pro longa breuis est u. 4 et 7, in 7 etiam *caeleste* pro molosso est, in 8 *lenias* pro dactylo

6 *neoaeunt* lapis 9 debebat tantum *si* aut *quotiens* scribi, nunc composita haec duo sunt ut *quotiens* indefiniti pronominis uices peragat, quomodo *si quas* uel *si quando* dictitabant. eius uocabuli uim geminat inculcatque superadditum *saepe*

2142*

u[t] amplo tege|rer ual(l)o crem|atus,
(ha)ec mihi fecit | bel(l)a supstanti[a] |
parentis.

CIL. VIII 26450 a descr. Poinssot Henchir Berjeb prou. procos. antecedit *d. M.* [*s.*] *C. Iulius* [*Cr*]*esces p*(*ius*) *u*(*ixit*) *a. XXIII*

1 in. *ud* lapis 'uidetur hendecasyllabos facere uoluisse pater Crescentis' CIL.

2143

in senectute me baiulant

CIL. VI 36631 a, Huelsen Roem. Mitt. 16, 1901 p. 265 ex Flaminii Vaccae memoriis, cf. CIL. XI 841 (ubi quantum hodie extat *tute me* tantum traditur) ectypon Roma Mutinam translatum, quod uetulum senem in sella baiulatoria gestatum a pueris paruolis ostendebat, has litteras incisas habuit. litterarum forma saeculo p. Chr. II tribuitur

Huelsen et Petersen relictas istas ex tetrametro cretico arbitrantur, ergo sumpta uerba ex tragico comicoue cantico. quod cum talis metri uestigia in titulis nondum inuenerim, parum mihi inclinatur animus ut credam. 〈creticos fortasse agnoscas in uerbis fibulae aeneae, quae habet formam litterae M, inscriptis, rep. Risstissen prou. Raetiae (Vollmer inscr. Baiuariae Romanae add. p. VI n. 193[a], Germania Romana tab. 82, 11): *spes a|mor, | si me a|mas*〉

2144*

Hic pax eterna moretur.

CIL. VIII 21498 descr. Schmidt Eng. 368 Tigauae in Mauretania inscriptum epistylio, inter *pax* et *eterna* monogramma Christi

2145*

Generosa in pace puella.

CIL. VIII 25239 descr. Delattre Eng. 367 rep. Carthagine in sepulcreto christiano prope Mcidfa, adpictae figurae asciae et columbae Generosa num sit nomen proprium dubitari potest, cf. Prud. cath. 10, 21. 128. carm. epigr. 676, 7

n. 2144. 2145 concepti paroemiacis (cf. n. 1523), quibus utitur Prudentius etiam in hymno in exsequiis defunctorum cath. 10

2146*

Si uiuunt | anime corp|ore condito, |
uiuit pater n|oster, noster set | sine nos.

CIL. VIII 27279 descr. Carton cippus rep. Thuggae praescriptum *d. M. s.*

1 Asclepiadeus est 2 uix uersus est. *noster* errore bis positum

---

2147*

H]aec facilis patet aula sanctis. |
in]grediens fabre factum paruis |
[sumpt]ibus uidebis opus. iam pater | [Se]cundus ope-

ram nauauit. si qui | [fa]ctu facile putarit, [si] potis est me|li[us] faxit.

Reu. arch. 1908, 2 p. 464 descr. Bigeard   Eng. 433, Diehl inscr. christ. 1848   in operculo sarcophagi, quod factum est ex epistylio sacelli cuiusdam, rep. Henchir Oumkif prope Khenchela prou. Numidiae   u. 1, 2 concepti metro Alcaico decasyllabo, u. 3 ss. prosa oratione

3 *opibus* Gsell   *iam* i. eam   *factu* Heraeus Herm. 48, 1913 p. 456

2148*

Um]brarum ac nemo|rum incolam, |
ferarum domitricem, |
Dianam deam uirginem |
Auxentius u. c., ubique | piu[s], suo numini sedi|que restituit.

CIL. VI 124. 30700 uiderunt Henzen et Huelsen   De. 3258 Romae   carmen glyconeis cum pherecrateo alternantibus compositum uoluisse Auxentium metrumque sumpsisse ex Catulli in Dianam hymno (34) monuit Bue. carm. epigr. 1520; cf. Wilamowitz Hellenist. Dichtung II p. 289[1]

2149*

Hic sum Blandus in hoc [sepulchro]. |
LXX datos uixi per ann[os], |
bis binos iuuenes reliqu[i], |
post me qui regerent la[rem]. |
his conuiua ego semper e[ram], |
dum fortuna fuit uiu[endi]. |
nunc cessi. modo lic . . . . . |
et multos mea fama . . . . . |
sos sit dum retiner . . . . . .

Piganiol mél. d'arch. et d'hist. 32, 1912 p. 135   Ammaedarae   glyconei sunt, una syllaba aucti (Leo Plaut. Cant. p 56) u. 1. 2. 3. 6; basis spondaica

---

2150*

d. M. Cl. Ianuar.
amans aman|ti haec tibi pro meritis
do Caratus

CIL. XIII 3081 descr. Hirschfeld Eng. 407, De. 8464 Caesaroduni uersum iambelegum agnouit Hirschfeld, cuius prior pars est etiam anth. 24, posterior carm. epigr. 575, 6. 678, 6. 1104, 2. 1171, 12. sim. CIL. III 12706 (Eng. 423) *hasce pro meritis sedes | carissimo coniugi | memoriam posuit* idem metrum in clausula tituli Eng. 375 *do(num) m(erenti), s(it) t(ibi) t(erra) l(euis)*

2151*

A

Omnisata omnigena e terra [quae gramina surgunt,
quaeque effeta tulit tellus cata sol[e calente,
cuncta iubant, animant, uiridant nem[us, undique frondes
sollicitae de flore nouo, de uere mari[to.
quare cette deo patrium dedam[us honorem
Siluano, de fonte bouant cui frond[ea claustra.
gignitur e saxo lucus inque arb[ore rami.

B

hunc tibi de more damus difficil[em bidentem,
hunc tibi de uoce patris falciten[entis haedum,
haec tibi de more tuo pinifera es[t corona.

C

sic mihi senior memorat sa[cerdos.
ludite Fauni, Dryades puell[ae,
ludite, canite iam meo sacel[lo
Naides e nemore meo colon[ae.

D

cantet adsueta de fistul[a . . . . .
adsit et ludo de more pa[. . . .
cantet et rosea de tibia . . .
et] premat biíuges deus A[pollo suos.
. . . . . at bello deus ho . . . . .
. . . uenias, pater . . .
. . . ulo tu . . .

CIL. VIII 27764 contulit Merlin, Chatelain mél. d'arch. et d'hist. 30, 1910 p. 82 cum imagine tab. I   Eng. 369   tabula marmorea rep. inter Kerf et Mactarim, iam in museo Tunetano   u. 9 et 15 adscriptae paragraphi indicant nouum genus metrorum incipere (at prior debuit poni ad u. 8), praeterea lineola posita inter u. 9 *uoce* et 10 *more* num eodem pertineat incertum. u. 15 ss. dextrorsum recedunt

ueris tempore (u. 1—4) lucus Siluano dedicatur (u. 5—7) cum sacrificio (u. 8—11), cui adesse iubentur Fauni et nymphae (u. 12 ss.). affectata carminis antiquitas et doctrina (2 *cata*, 5 *cette*, 6 *bouant*), sermonis calamistri atque sartago, metrorum genera imitatorem demonstrant poetarum nouellorum et aequalem municipemque Terentiani Mauri et Nonii Marcelli. litterae sunt saec. III. recepi supplementa Chatelainii paucis exceptis quae dedit Diehl (Deutsche Lit.-Zeitung 1913 p. 2147)

A in dactylis uitantur elisiones praeter u. 1 et 2, offendit in *lucus* u. 7 producta ultima ante caesuram   1 *omnisata* nouum *omnigena* i. quae omnia gignit   3 i. iuuant   4 *marito* i. grauidante, Peruig. Ven. 4. 61 Auien. orb. terr. 340 confert Chat.   7 carm. epigr. 19 dicaturum se promittit aliquis Siluano *mile magnas arbores*

B dimetri choriambici   8 fin. *iuuencum* aut *molossum* Chat., at Siluano solet sacrificari aut agnus aut haedus aut porcus   *difficilem* i. egregium, qui magno pretio emitur   9 *falcitenens* nouum   *patrem f.* ne intellegamus Siluanum, impedit allocutio ad ipsum Siluanum facta, neque inueni nominari eundem falcigerum sim., sed Saturnum: ex huius igitur oraculo sacrificium fit

C trimetri trochaici brachycatalectici, at u. 12 potius pro choriambis habuerim, ne in *Dryades* prima syllaba contra usum producatur. aduocat Siluanus numina siluestria   12 *Dr. p.* cf. Verg. ecl. 5, 59, georg. 1, 11 al. carm. epigr. 1997

D cretici tetrametri, u. 18 legendum *bĭiuges* 15 fin. *cornipes* i. Faunus Chat. 16 fin. *par* potius quam *pat: parnassio* Chat., expectes nomen numinis (*Parnassius*?) 17 fin. *Bassaris* Chat., *Pieris*? 18 orat Apollinem ut currus retardet, scil. ut dies extendatur

2152*

B

D]ardan|ia genitus istic, mi|hi care Timaui,
post | uarios cassus, post | tot discrimina re|rum
deseris heu pul|chram primaeuo flore iuuentam.

B

Tu, Timau[i, d]ulcem no|men, du[lcib]us uotis ad|es.
spiritum [que]m tu ferebas | corpore elabi sacrum,
co|rpus ut terram mane|re, spiritum celum sequi, |
spiritum mouere cunc|ta, spiritum esse quod deu|m,
cum mihi extremis ca|nebas uocibus solamina, |
floris abscidens iuben[te] | gratias tristi dia[e.

CIL. XIII 8371 descr. Zangemeister, Bue. mus. Rhen. 52, 1897, p. 302, Knickenberg Bonner Jahrb. 108, 1902 p. 141 Eng. 370 Coloniae in S. Ursulae cum uetera altaria diruerentur reperta tabula lapidea, nunc reposita in scalariis ecclesiae A in parte aduersa, B in auersa scriptum, litterae clarae solidae mundae, meliores quam pro aeuo Diocletiani. aetate arte religione haec carmina haud longe absunt a uate Laberio carm. epigr. 1559

A hexametri praescriptum habent *d. M. Aurelio Timauio* | *alumno dulcissim*|*o et san*[*ctissi*]*mo q*|*ui uixi*[*t annis*] *XVII* | *Aurel*[*ius Maxi*]*mus patron*[*us.* Timaui nomen puer Dardanus traxit a finitimae regionis fluuio Timauo 2 ex Verg. Aen. 1, 204 *per u. c. per t. d. r.* similiter mutatus a Dracontio Romul. 6, 37 *post u. c. post t. d. uitae* 3 propter uitium lapidis spatium non inscriptum inter *fl* et *ore* cf. Verg. Aen. 7, 162 *primaeuo flore iuuentus.* Sil. 1, 376. Stat. silu. 5, 5, 18. Auien. Arat. 178. Claudian. Stil. 2, 351. Orient. comm. 2, 231. carm. epigr. 465, 17. 472. 510, 4. 629, 3. 1116, 1. 1151, 3. 1620, 3. 1819. 2006, 2

B septenarii trochaici graecanici praescriptum habent *d. M. Aurelio Ti*|*mauio liberto alu*|*mno Aureli Maximi* 1 i.

dulce 3 de tali constructione *ut* seq. a. c. i. u. Baehrens Philol. suppl. 12, 1912 p. 468 6 i. *iuuentae* et *die*

2153

Quisquis ammat | pueros sene | finem puellas, |
rationem saccli | no refert.

Bonner Jahrb. 116, 1907 p. 298 cum imagine tab. IV Eng. 414 Rigomagi in fundo urcei stilo ante cocturam scriptum, saec. I

uoluit fere hexametrum *quisquis amat pueros, quisquis sine fine puellas,* cui adhaeret dimeter iambicus

1 *quisquis amat* carm. epigr. 945 ss. 2 i. rationem nummorum non refert, cf. carm. epigr. 924

2154

Externís natus ter|rís monimenta loca|uí,
é paruo nobís | quod labor arte | dedit.
patrono | et una coniugi fecí | meae.

Not. 1898 p. 477 descr. Brizio addiditque imaginem Eng. 372 in cippo, qui emersit ex Rheno Bononiensi, fastigiato, supra rosae infra modii frumentarii ac rutelli specie ornato primi p. Chr. saeculi

1 *monim*-imago, *monum*- Br. 3 senarius graecanicus, sim. carm. epigr. 1085, 5. 2168

2155

Quam dulcis fuerat primus | natalis meis,
sed iniquo fat(o) | raptus non egi alterum. |
annuclus mensum septem | carui spiritum,
ereptus illis | ad leues umbras uagor. |
quid mater uentrem laceras? | quid pectora plangis?
cauere | fatum nemo (mo)rtalis potes(t).

CIL. VI 35126 descr. Borsari Eng. 371 pone S. Pauli basilicam in sepulcreto rep. stela marmorea praecedit *dís Man.* | *Cn. Domitio* | *Proculo,* subsequitur *Cn. Domitius* | *Verecundus* iambici uersus priscae licentiae tres primi, quintus dactylicus pro iambico, quem sic refingas *quid mater uentrem laceras, plangis pectora?*

5 *pectora plangens* Ou met. 6, 248 cf. her. 5, 71. 11, 91 6 *nemortalis potes* lapis, ⟨*tu*⟩*ne m. potes* Engelm. Phil. Woch. 1910 p. 668

2156

Debita, non optata dies iuuenili aduenit aetati.
cum meritis gauderet suis que olim labore quaesíit,
tunc desertus dulce est coniugali uinculo,
ac post non magno et crudeli tempore
eorum fata durae coniunxerunt corpora,
uno iacent ambo non toro sed tumulo.
nec remisere saltem subolem qui meminerit suos,
quod non quidem solis nec nunc primum contigit.
omnibus semper suis fuit carus amicus.
hic ducenae dignitate inter lectos meruerat uiros.
huic contubernales sui id contra uotum posuerun.
fors qui intendit doleat, sed sic se fata ferebant.

CIL. V 1721 ex schedis Aquileiae in arca memorabilis non solum hexametrorum et pentametri 6 corruptela sed etiam iamborum trochaeorumque (3—5, tum 8 et 10) mixtura

2 i. *quesiit* producta paenultima 5 i. *dure.* Mommsenus *du*(*m*) *raeconiunxerunt* intellegi uoluit. *coniux-* sine *n* Zanini fortasse recte 7 *que* Zanini descripsit 8 cf. carm. epigr. 823. 971, 13. 972, 14 10 *ducena*// Vatta qui restituit *ducenariae* 11 *posuerunt* Zan. 12 Verg. Aen. 2, 34 *Troiae sic fata ferebant.* ecl. 5, 34. Ou. met. 3, 176 al. carm. epigr. 417, 6. 420, 13. 2189

2157*

Det mihi Damoeta felicior quam Phasiphae. haec omnia scripsit Zosimus.

CIL. IV 5007 descr. Mau et Zangemeister Eng. 405 Pompeis scarifatum initium ad speciem hexametri formatum (Verg. ecl. 3, 1 ubi *dic m. D.*)

2158*

Siluano sil|uestri Aug. pr|o sal(ute) imp(eratoris) d(omini) n(ostri) | qu(a)e pr(a)ecepis⌈ti uotum tib|i soluimus | M. Rubrius | Felix et C. Iu|lius Ianua|rius lib(entes) | animo.

CIL. VIII 8248 descr. Wilmanns De. 3568 Aziz ben Tellis (in Numidia) *quae pr.* ss. ad metrum dactylicum composita sunt

2159*

d. M. s. | P. Aelolius Felix pius | uixit an. XLI d. IIII. | amore ductus ⌈ pelagi, mercib(us) | insistebam. sucidis aeter|noque silentio | Mauris sum | . . .

CIL. VIII 868 descr. Wilmanns, De. 7520 Giufi Africae procos.

4 ss. dimeter choriambicus? 6 *sucidis*: Catonis orat. frg. 6, 1 *succidias humanas facis* conferunt Georges et De. uidetur interfectus esse in itinere a Mauris

2160

. . . .

pos hobitum let|us meriti memoria | posuit.
de prouinci|a Tracia ciuitatem | Ancialis,
et mori|tor Doroleum de | domnicomonta|nis.
uale uiator. tun|c leges, et repausas.

CIL. III 14190 ex ectypo Eng. 403 Dorylaei in Phrygia ubi cum lapicidinae et sint et antiquitus exercitatae credantur, domnicomontanos esse Caesarianos metallarios Mommsenus coniecit

3 i. moritur Dorylaei 4 *tunc* erratum pro *dunc,* quod in eadem formula exhibet carm. epigr. 1878, cf. 1582. 832 post *repausa* in extremo uersu maior *s* adiecta est, ut editor ait 'non *s* littera sed nota finalis', at cf. 1878

2161*

Hic cubat | ille bonus L. | Annius Argeus | Compsi l. uix. a. LX. | huc relict. annor. | IV pos annos XX | recipit eum L. | Annius Saturninus milis uix. a. XXIV, | fecit L. Annius | Argus patron. | et heres

CIL. VI 7541 Eng. 418 Romae incipit quasi hexameter

2162*

L. Valerio Sex. f. Vol. Serano | Luco (centurioni) leg. IIII f. f. | L. Valerius Priuatus et | L. Valerius Martialis | liberti et heredes | a se f. c. |

Non fui maritus et reliqui liberos.
serui | domino: macte tu, uale.

CIL. III 1653. 8143 ex Marsilio Eng. 401 rep. Giöuina sequuntur nomina libertorum septem et libertae

7 est senarius, si legas cum correptione iambica in primo pede: potest sumptus esse ex aenigmatum collectione (cf. carm. epigr. 42). ambigue dictum in uoc. *liberi* quod est *nati* et intellegitur *liberti* (sim. Plaut. Capt. 577. Petron. 41, 8. carm. epigr. 623)

2163*

Multis | annis na|uigando | [e]t peregrinan|do hanc sede peti. |
hanc quoque | [d]omum aeterna mihi ui(u)us posi et | coni(u)gi.
et hoc es|t, quod uidetis, a|mici. ualete.

CIL. VIII 5749. 19146 descr. Schmidt Eng. 380, De. 8151 Sigus, praescr. *d. M. s. memorie Clodi Processi,* subscr. *u. a. LXXXV o(ssa) t(ibi) b(ene) q(uiescant)*

1. 2 clausulae iambicae 3 cf. CIL. XI 2547 a *hoc est homo, quod uides*

2164

d. M. s. | L. Vibi Felicis. hic | suptus positus est. | moneo te lectis lit⌈teris, ne contemnas | et uelis titulum mo|uere et corpori in|iuriam facere. si | quis autem sibi ad⌈miserit, non bono | suo fecerit et superos | et inferos iratos | habeat. lecto me|ru(m) profunde.

CIL. VI 36537 descr. Huelsen Eng. 415, De. 8198 tabula marmorea quam antiquarius Romanus habuit, scripta litteris bonis saec. II u. 12—14 in litura repositi 13 *lecto*, abl. abs. i. postquam legisti, uix pro *lecto*(*r*)

2165*

....inos seruare laudem sibi | posse parare bis geminis na|tis i..ius pater sexsus uter| .ii.us etenim trans Alpes et ⌈ ...ṇṣ ạ ịị rinni ..... ad. | .....s obiter . ḍịịu.ṛi oris | ....m.i quinquaginta · fere | [anno]s si pira uidit quae coluit | .....ịuịḅẹos digesta per ⌈ .... ịuịq primus libertus | .....rione patrono quem tẹ | ....uit istu[d] statuit mo|[numentu]m. nomen uite pagat ho|[nor ma]neatque per aeuom.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2250 Eng. 193 Madauris agnoscuntur particulae hexametrorum, nec tamen plenum carmen uidetur

8 *pira* de arboribus? i. *pyra* Löfstedt 10 *Primus* nom. propr.? 14 cf. Ou. met. 5, 227 *quin etiam mansura dabo monimenta per aeuom*

2166*

...cuius exi]|miam bonitatem | et prudentiam non | solum parentes | uerum etiam fini⌈timi doluerunt. quam | ob rem fili dulcissi|mi patri rarissim|o HS n. V m. eiusdem | memoriae posue⌈re sepulchrum. in|columes parentes, | Manes estote boni | ut Martis in pace bona quiescat. | qui uixit an. LIII

CIL. VIII 2185, Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2957 Aquis Caesaris

9 cf. carm. epigr. 484, 7 *tibi pone s.* 565, 1 *fecere s.* 802, 3. 1211, 7 12 particula hexametri

2167*

Hi duo conuenti | una fata secuti | uno lectui compositi | una fauilla iacent.

CIL. IX 5140 Eng. 456 Bellante, periit antecedunt nomina quinque (textus uidetur interpolatus), sequitur *A. Liuius Bassus merentibus* distichon pessumdatum

1 *conuenti* i. conuenientes cf. Thes. l. l. IV 825, 36 ss. *fata secutus* Verg. Aen. 1, 382. 9, 204 3 *lectu*[*lo*] Thes. l. l. III 2116, 39

2168*

A. Cardius Fest|us Iul[i]e Maxu[m]e | coniugi fecit suae.

CIL. III 14764 descr. Bulić Eng. 395 Salonis eadem clausula carm. epigr. 1085, 5. 2154

2169

D. M. | Iuliae Calonice fec(it) | M. Iul. Hermes con(iugi) b(ene) m(erenti). | uix(it) an. XXVI ⌈

Calonice rarissima femina fec. ..
recte negotio nostro hec quam ..
tibi reddere munera feci bene merent[i ..
in aeo

CIL. VI 35585 descr. Vaglieri et Steuenson marmor repertum prope S. Pauli

8 i. *aeuo*

2170*

dis Manibus Meuiae Sophes | C. Maenius Cimber coniugi sanctissimae | et conseruatrici, desiderio spiritus mei, | quae uixit mecum an. XIIX menses III dies XIII, ⌈ quod uixi cum ea sine querella, | nam nunc queror aput Manes eius et flagito | Ditem, aut et me reddite coniugi

meae, quae | mecum uixit tan concorde ad fatalem diem. | Meuia Sophe, impetra si quae sunt Manes, ne ⌈ tam scelestum discidium experiscar diutius. | hospes, ita post obitum sit tibe terra leuis, ut tu | hic nihil laeseris, aut si quis laeserit, nec superis | comprobetur nec inferi recipiant, et sit ei terra grauis.

CIL. VI 7579 descr. Henzen Eng. 411, De. 8190 Romae clausulae senariorum 8. 10. 12, pentametri 11

2171*

d. M. | Atiliae Maximinae, animae innocentissimae, | Caonius Vitalis uxori incomparabili, | quae uixit mecum sine ulla controuersia ⌈ ann. XVIIII m. II d. VIIII, quae tulit secum ann. XXXXVI, | quae duxit secum honos et gloria, | aeternum meum uale sola[c]ium.

CIL. V 3496 ex schedis Eng. 397, De. 8457 Veronae 3 aut *C. Aonius* 6 intellege *honorem et gloriam* 7 cf. Verg. Aen. 11, 97 (carm. epigr. 1600. 2033)

2172

domu]m aeternam mihi et Aur.
. . . inn]ocentissimae ac obse-
quentissimae cum qua c]oncorditer ann. X
. . labor]auit. et uixit bis de-
nos per annos et quattu]or, quos ora nouissi-
ma. . abstulit.] o uulnus crudele
. . . s hic est coniux tibi
exemplum] egregium uirginius
. . acu . . .

CIL. III 14910 descr. Kubitschek, supplerunt Bulić Hirschfeld Regling Eng. 444 Salonis in fracto sarcophago

2173

Vlpia Celerina dulcis habe | Gorgonio tuo castissima | senper,
cuius simplicitas et | obsequentia laudatur et ama|tur ubique
et cuius consili(i)s | nulla deceptạ amo(re),
aeternam|que domu ut fecit superstes | maritus
sic meret uirginia uoti|ssima mihi uno marito,
et uos be|ne uiuendo hec saltem sperare | debetis.

CIL. III 14292 descr. Kubitschek Eng. 457 Salonis in sarcophago praescr. *d. M.*, adiectum *Ulpius Gorgonius pissimus Celerine conpari pientissime, cum qua concorditer uicxit ann. XXIIII m. V dies XXV: uibi sibi posuerunt posterisq. suis*

1 *dulciis* lapis *habe* aue 3 et 6 *et* coalescit cum uersu superiore, cf. ad 475, 10. 1247, 4 *consilis* lapis *amo* in *animo* mutauit Kub. ut fieret pentameter, ego in *amore* secundum Vergili clausulam (buc. 8, 18 = Val. Fl. 3, 22) *deceptus amore.* in exemplo fuit fortasse *nullus deceptus amicus* siue *nulla deceptus es in re* 5 deuotissima mihi uni 6 *be|ae* lapis, emendauit Kub. porro *iec* et *depetis* lapis

2174*

d. M. [s.] | quisquis es ne dic[.....] | cuius hoc n[o]men
.. io .... | cat perbreui disces hoc mora ea..... ⌈ excelle[ṅ]ti genere [or]ta .....du.. | sedesq. custodiens
quas si quis ua..en.... | cai cupidine..tos..... e quos
pater .. reii.... | nulli ii..c iuuenes nutriuit et arte
poi..p..... | Elysios celebret campos car[o] coniuncta
m[arito] ⌈ sexies huic decimum spatium comp[leuerat
annus] | tutato hec monimenta...d.... | ....mui.....c
ạ....

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2248 Eng. 181 Madauris, lapis fractus a dextra, litterae serioris aetatis neglegenter incisae agnoscuntur uestigia carminum male conglutinatorum, quae extant in titulis Madaurensibus: u. 4 cf. carm. epigr. 1868 *perbreui discas mora,* 5 cf. 1969, 11 *excelso genere*

orta, 9. 10 = 1969, 13. 14 8 *arte po[llentes]?* 9 *coniuncta m.* Catull. 62, 54. Alc. Auit. carm. 3, 98 cf. carm. epigr. 384, 2. 670, 3

2175

Quid honor]e(m) post morte(m) | [m]ea(m) sic detra|[hi]tis de me? quit | me uiua coiugi | meo, quibus | bene feci di[g]ne? | absit a uobis, ne | sic ponamini.

CIL. VI 36629 descr. Borsari Eng. 392 Romae prope S. Pauli

2176*

mortis sarcofa
digne sit quam similes
ni candido saxo
uicurus iuguntur
omiodu gen[t]es sacra Lyaei
stupiente hora tenebo
can]didum lumen mihi commendabit.
dis uota succipiunt maea
pa]rum uixi, dulcissima uita
anima deposui maea
isi urbaequae gementes
p]osuere parentes
mor]iendum fuit
fatus c]orripuit maeus
dedi siceis
endu

Not. 1920 p. 46 descr. Moretti Ostiae marmor fractum superne infra sinistra tractauit Armini in misc. in hon. Ioannis Vising (1925) p. 154

5. 9. 11. 12 finiuntur quasi hexametri, 8. 10. 13. 14 quasi senarii

5 *hic celebrant Brom]io du(m)* Armini *genies* lapis 8 *uotaque suscipiunt* Ou. met. 9, 305 9 *quattuor anno]rum.* 10 *in quintum ascendens* suppl. Armini 13 uel *fac]iendum*

2177*

Dis Mánibus C. Atti C. l. Máturi. nómine eram | Mátúrus, non aetáte futúrus. annós uixi XVI et | menses VIIII totidemque diebus et horis. octáua fui | nátus noctis ego hora, noctis idem octaua fatis red⌈didi quod dederunt. désine flére meós cásús, dulcissi|ma máter. hic est nostra domus, hic habitábimus úna, | hic ego sum et soror et mamma: tres in párua hic sumus | una domu. Te rogo, sáncta soror, nostros tutare paren|tes, dónec fata meis letos contráxerit umbris. ⌈ [C. A]ttius C. l. Faustus hunc obito crúdelem titulum | suo posuit alumno.

Not. 1919 p. 41 descr. Gatti Romae ad uiam Salariam carminum laciniae immixtique paene integri hexametri facile agnoscuntur, u. 1 s. praeter lusum uocis *maturus* etiam notabilis propter homoeoteleuton

5 *desine flere* cf. 507, 2. 823. 970, 11 al. 9 *letos* i. letus pro letum

2178

Paruolus | hic situs est | Vlp. Iouinus | nomine
qui ui|xit ann. V m. VI | d. XXIII.
hic solus | pater hunc hu|mauit paruolum, |
cuius desiderio | lumen intentus | dolet,
Vlp. Vale|rianus b(ene)f(iciarius) leg(ati) pa|ter,
a quo sibi sperab(at).

CIL. III 14529 descr. Premerstein Eng. 406 apud Viminacium Moesiae

1 et 3 incipiunt quasi dactylici uersus, desinunt quasi iambici, 4 aequat senarium

1 idem initium carm. epigr. 1162, 1 4 coniunge *c. d. intentus lumen dolet,* cf. Heraeus Herm. 48, 1913 p. 454

2179

Hospes, ut noscere possís: |
Briseis mihi nomen adeptum fuit.

quater | septenos nondum compleuera(m) menses,
sed | mea fata íníqua fuere, tata, nec plures annos |
ut uiuere possem.
mors inmatura ab|ripuit me a parentibus
Albano meo.

Dennison Am. journ. of arch. 2, 1898 p. 396 n. 60 Eng. 404 Cumis reperta tabula marmorea litteris gracilioribus inscripta

1 maioribus litteris incisus, separatus ab insequentibus uersibus, paene paroemiacus 2 *adeptum* ob pulchritudinem potius quam quod infantes bimi plerumque proprio nomine carebant. *fuit* dactylorum fines excedit 4 *tata* nutritor siue pater 5 legitimus senarius 6 duo haec uerba paulum distant a superioribus, fortasse id tatae nomen fuit

2180*

d. M. Aur. Paulinae filiae. o crudele funus! qui nunc attigit mihi, e(st) renouatus o dolor. dolueram fratri simulq. sorori. nunc lugeo, filia, pariterq. sane comes eo. iam placide posita Lethes in morte quiesce iunctaq. tumulo fratri simulq. sorori. uixit an. XX . . .

Arch. Anz. 1914 p. 383 ex Fita bol. 1914 I p. 199 Tarracone in sarcophago, saec. II fin. erat *iam placidae positus Lethes in morte quiescit*

2181*

d. M. s. | C. Iulio Seuero et C. Iulio Gracili eqq. Rom. | parentes filis dulcissimis fecerunt. | hi uixerunt Seuerus an. XX m. X d. XVIII | [G]racilis an. XVIII m. VIII dieb. XVIII. | docti egregi iuuenes, eodem u[trumque casu] | fatum quos mersit acerbos, | quo[s] mater Iulia Seuera hic c[ondidit in tu]|mulo. fecerunt sibi *eqs.*

CIL. VI 1619 descr. Detlefsen Eng. 420 Romae agnoscuntur clausulae hexametri et pentametri *acerbos* cf. carm. epigr. 608, 4 adn.

2182*

Post lacrimabil[e] aetatis | uicesimum tempus ereptumq. te patru|um amplexibus iuuenem pendentibus inf[an]tum lacrimi ..... is campis oppetentem, Par⌈cae dedere qu[ietem]. signantibus uitae ter|minum misera[nde] puer conplesti decre|ta fatorum. pro[priu]m, dum uita manebat, | Madaurius hu[ic no]men erat.

Gsell inscr. lat. de l'Alg. I n. 2245 Madauris, suprascriptum, ut uidetur, *Mai Justi*

2 *tempus* i. annum *patruum* pro patrum, sicut alibi *fratruum, natuum* (carm. epigr. 1950, 12). 4 *lacrim[abilibu]s* cum uestigiis scripturae non uidetur conuenire 6 *miserande puer* ex Vergilio (Aen. 6, 882. 10, 825. 11, 42), item *dum uita manebat* 8. *Madaurius* signum defuncti

2183*

Tu qui praeteriens | spectas aram, quam | fecit casus poni, quo si|steris, lege et inuenies, quit mihi contigerit. trimus ⌈ ego et mensium iam sex | tuam lucem sensi.

Bol. de la real ac. de la hist. 55, 1909 p. 285 ed. Fita Eng. 450 Montan rep. subscriptum *M. Marius Lasciuos h. s. e.*

1 *tu qui pr. spectas* carm. epigr. 125. 1083. 1539. 1541 5 eratne *sex|tam*?

2184*

u(iuit) C. Romilius C. l. Antiochus | C. (Romilius) C. f. Iuncus a. XIII | hic situst. quom maxu|me florebat, reliquit ⌈ parentibus luctum. u(iuunt) Romilia C. l. mater, C. (Romilius) C. l. Phileros.

